



DISERTATIO IURIDICA

D E

# OPERIS VENATICIS

Q V A M

P R A E S T I D E

J O. A U G U S T O R E I C H A R D T

IUR. DOCTORE ET PROFESSORE PUBLICO CURIAE  
PROVINCIALIS SAXONICAE ADVOCATO OR-  
DINARIO, SYNDICO ACADEMIAE JENEN-

S. I. S.

D. III NOV. ANN. CICICCLXX

PUBLICAE ERUDITORVM DISQUISITIONES

S V B M I T T I T

GEORGIVS CULZELIUS DE SPECKHARDT

EQUES FRANC. S. R. I. IMMEDIAT.

I E N A E

L I T T E R A T U R E C L U E R I A N S C O.

Haec praecepti mei summa est , sic cum inferiore viuas,  
quemadmodum tecum , superiorem velles viuere,

SENECA



Tritum est sermone quasi proverbiu

*rustica gens , optima flens , pessima  
ridens*

quod vtrum veri quid habeat , nec ne-  
tu videris . Evidem quicquid huius est , yt male habiti  
per iniustitiam lamententur nolim miselli homunculi ,  
glebas qui vertunt , rastra versant , homines cum sint ex  
eodem luto facti , ex quo tu exstitisti primarius homo ;  
qui , dum venationi egregie praeter cetera studes , supra  
vulgus illud eminere et sapere tibi videris , ( supra lepo-  
rum et vulpum vulgus sine controuersia , quippe quos  
ludibrio habeas inultus .) Male habiti per iniustitiam ,  
nolim , inquam , eiulent miselli homines , et iura in illorum

A odium

odium torqueri, in perniciemque verti nolim, quotiescunque venandi libido aliquem incesserit. Nisi quid contra habes tu, qui, cum princeps aliquis in hanc partem siue inclinat, siue peccat, ad exigenda quaevius ab agrestibus hominibus seruitia ius esse illi fortiter contendas, atque, ut id obtinere videaris, superioritate territoriali abutaris. Ac parum iam mihi abesse videtur, quin existat propediem Trebatius aliquis, qui hoc quoque e superioritate territoriali probet iuris esse, ut

*quicquid delirent reges, plectantur Achii.*

A regibus ad regulos res redibit. Erunt, qui horum caussam agentes, nobilium quippe nostrorum quorundam, more maiorum, *multum venatibus, plus per otium transgentium*, (\*) demonstrent, ius fasque esse, ut in venaticis expeditionibus operam assiduam praestet rustica gens, optima flens. Itaque fiet, ut aliter illa ploret, scilicet propter iura imminuta, cum, uti nunc res est, venaticis litibus aeternis illacrimetur.

Sunto haec propositi scribendi et purgationes et praesidium. Iam, inuidiae incurius, libello conscribendo admoueo manum.

(\*) TACITVS de morib[us] Germanor[um] C. 15. §. 2.

### §. I.

### §. I.

Etsi non credam, fore tam pinguem hominem, qui quid sint venatoriae operae; nesciat, dissertiunculam tamen meam, praetermissa definitione huius vocis ordiri non audeo. Sunt enim, qui, scriptionem dissertationis nomen non mereri, vix ac ne vix quidem sibi persuadent, nisi definitionem, charactere ab aliis distincto splendentem, commendationis loco in illa deprehendant. Hi sane ad primum adspectum offensi libellum abiicerent meum, nec lectu dignum illum iudicarent, siquidem hoc defectu laboraret. Velim autem ab omnibus legi, ergo definio. OPERAE VENATICAЕ sunt *Seruitia*, quae rusticis dominis in venando praestant.

### §. II.

In inumeras abeunt partes seruitia illa. Oportet enim miseros rusticos, quando venandi stimulum sentit dominus, (sentire autem saepius solet,) canes venaticos conducere, feras cogere, retia in filias portare aut vehere, advecta vel adportata expandere, sicque ad captandas feras praeparare; easdem porro retibus capere, captas occidere, occisas in domini culinam deportare, saepire et ambire filias plagis ligneis in capturam ferarum, viuaria



excitare, eaque saepibus et muris circumdare, lupos atque alias nocivias feras persequi, litteras, ad venationem spectantes, portare. — — — Sed filum abrumpam, ne videar aut misellos homunculos seuera lege proficere velle et ad venaticam operam ipse instruere, aut, quod peius est, dominos docere, qua via et ratione miseros amplius vexent, dominos, inquam, qui melius, peius, proposit, oblit, nil, nisi quod lubet, vident.

### §. III.

Sunt autem haec, quae narravi, leuiora seruitia; supersunt multa longe duriora. Credesne dictis, si narravero egenam rusticorum gentem, pane carentem ut plurimum, edacibus venatoribus hospitium et alimenta dare, canes molosso venaticos alere et educare, quid quod, vulneratos hos in acie cum apris suis metis fororum sumtibus curare, imo etiam in occisorum locum alias comparare oportere? Fabulam narrare, ad excitandam misericordiam erga agricolas, videbor forsitan, onus, trahens, casses venaticos comparandi reficiendique cadere in ruricolas. Attamen haec omnia tam certa sunt, quam quae certissima, luculentisque innituntur documentis. Neque tamen tantae hae sunt molestiae, quantumvis durae, ac illae seruitutes, sub quarum iugo gemunt subditii,

quo-



quorum principes ferarum copiam immensum crescere permittunt. Sic enim ruris cultorem, segetes contra ferarum depastiones defendantem, dies noctesque excubias agere oportet, atque eius vita omnis perpetua seruitus est. GROTIUS quidem auctore raptore, ad conserandas res nostras, possunt interfici, praesertim, si spes aliqua sit, sine caede rem abituram esse, nec iri iudicio recuperari posse (\*). Praxis vero hodierna hoc odiosum ad homines restringere nec extensiua interpretationem ad rapaces frugum bestias admittere videtur. Quare meum facere eiusmodi consilium non audeo. Terrent me etiam eorum vestigia, qui, hostiles manus feris inferentes, oculos et testiculos perdiderunt; neque, si quis Grotianum illud sequi velit, vadem praeclaramque periculi me stiterim (\*\*). Ve tacetam verbera et vapulationes, grauissimarum operarum comites, quas venatores larga manu mercedis loco, inter seruientes distribuere solent. Pingat nobis coronidis loco miserrimum hunc statum poeta, cui, ut scite et eleganter conqueri possit, Apollo dedit lyram (\*\*\*)�

— — — Itan<sup>3</sup> homines  
Pecudum ritu tractare istis Satyris licet?



Quae vero miseri in hoc nati sint rustici;  
 Venaticos ut alant canes: quibus domi,  
 Quod ipsi edant nihil est. Nam liberi fame  
 Experiuntur non raro contabescere.  
 Quae vero miseria est, tot flagris affici?  
 Sic vapulare? Sic ad quemuis aulicum  
 Nutum intremiscere, nec contra audere hiscere?

FRISCHLINVS in *Comoed. Rebecca.*

(\*) HVGRO GROTIUS de I. E. et P. L. 2. C. I. §. XI. et XII.  
n. 1. in fine.

(\*\*) DUCANGE sub voce *Foresta*, Richardum, Angliae regem tradit, furtiuis venatoribus oculos effodi et testiculos abscindi iussisse. Richardos nobis non superesse, inquis; largior, sed tales certe supersunt, qui, occisores ferarum grauissime punituri essent.

(\*\*\*) Notre style languit dans un remerciement;  
Mais, grand Roi, nous savons nous plaindre élégamment.

BOILEAU, Epître 8.

§. III.

§. III.

Quaedam dictorum seruitiorum accuratius nosse non nulli forte cupiunt; agam itaque de praecipuis illorum fusius. Ac incido, in perlegendis illis iterum, in hospitium et alimenta venatoribus eorumque fidelibus catulis in venando præstanda, cui barbarum *albergariae* venatoria (Iaeger Herberge, Atzung) dare solent nomen. Ipsis serenissimis Brandenburgicis marchionibus ius fuit olim semel in anno per quatuor et viginti horas in quibusdam pagis vel vicis hospitandi mit *Iaegern*, *Hunden*, *Federspiel*, *Schönen Frauen und Spielleuten* (\*). Neque in proprio tantum, sed etiam in alieno territorio vbi venandi ius est, eadē facultas nonnullis in locis exercetur. Si credere fas est testimonio auctoris citudinam, de partium studio quodammodo suspecti (\*\*), comitibus Leosteiniensibus non Verhemenses solum sed etiam proxime adiacentes Herbipolitani pagi, qui ad centenam Michelried pertinent, albergariam, quam vocant, præstare, aut aere ab hoc onere se liberare, ex petueto more, coguntur. Abundant eiusmodi exemplis res gestae antiquae Germaniae, memoriae proditae, neque tamen eaedem causam et originem tam singularis consuetudinis loquuntur. Faciamus periculum, an conjectura

afse-



assequi vtrumque nobis liceat. Vitam omnem maiorum nostrorum in venationibus et studiis rei militaris constitisse, prioresque posterioris praeparationem et quasi praeclodium fuisse, opus vtile ad famam depellendam, vitam sustentandam et membra corporis firmando, nemo facile ignorat rerum patriarcharum non ignarus (\*\*). Ac facile sibi vnuquisque persuadere poterit in incultae ac horridae solitudini simili patria nostra antiqua neque tectum neque panem inuenisse venatores, saltibus et nemoribus inerrantes. Nostro enim demum aeuo felicissime scilicet, rei cameralis studium ita effloruit, vt, splendoris caussa, ex vnoquoque arbusto aedes praetoriae exsurgerent; etiam si hōc eum nonnumquam euentum habeat, vt tota ditio, quam latē pateat, sub hasta sit vendenda splendoris quippe causa. Non potuerunt itaque non nostri, venatum eūtes olim, ad subditos diuerti hospitiumque sumere, nisi sub dio pernoctare et in Dia- nae hōnorem esurire yellent. Verum enim vero quem admodum ex iusto et necessario bello saepenumero detestanda oriuntur latrocinia; ita etiam hospitandi institutum in excessum facile abiit, dum venatores, parco agricolae vietu non contenti, lautas epulas et luxuriosa conuiua extorquerent, magnam consortium et canum

col-



colluuiem secum ferrent et multos dies, quin immo mensis hospitando consumerent. Ac prouiderunt quidem boni principes, vt modus in re esset. Scriptum legi, legislatori seras gratias agens, in AL TEN B V R G I C A O R D I N A T I O N E P R O V I N C I A L I : *Soll — — aber hingegen keine Viberlegung, noch auch von den Jägern Pancketieren, Schwelgerey, trotzen und pochen beym Gebrauch gedachter Atzung fürgehen (\*\*\*)*. Pari modo SIGISMUNDVS imperator et, ne vagis praeceptis illuderet venatorum libido, magis explicite: *Vnd wann, iussit, der Forstmeister bey der einen benacht, so soll er sein Pferden Heu und Haber geben und ihm zwey Maaf Weins, ob er es gelangen mag, und eine Hune, kehme aber sein geschworne Knechte, so sollen sie seinem Pferde Heu und Futter geben, und ihm als Guth, als er selber esse, sind ein Forster, ob der benächte, dem sollen sie geben eine Hune und seinem Pferd Heu und Habern in der Amte sie hören (†) — — In multis vero Germaniae regionibus obseruantiae tyran- nidi et arbitrio venatorum siue relicti siue prodicti sunt rustici homines, atque ibi immortales audiuntur querelae neque litium, quae inde oboriuntur, finis est, aut terminus. Ter quaterue beatiores sunt illi, qui, abrogato hospitio, censum (Jäger-Geld) soluere consueuerunt aut*

B

pacti



pacti sunt. Nolim tamen hanc felicitatem obtrudi inuitis colonis iis in locis, vbi albergaria ipsa adhuc est in usu. Aequi ac iusti leges, per quas id ipsum, quod debetur, exigi tantum licet, eiusmodi mutatione coacta pariter violarentur, ac si dominus, a quo, ex legitimo more vel pacto, albergariae onus pecuniae quantitate redimendum esset, hanc summam propria auctoritate vellet augere. Ita RECESSVS PROVINC. SALZDALEN- sis de anno 1597 § 6. *Das Iaeger-Geld, so an statt der Iaeger Zehrunga und Belohnunge die Dorf schafften in etzlichen Aemtern erleget haben, soll es dabey gelassen, aber nicht gesteigert noch auf andere Dorf schafften, als bey denen es bishero im Gebrauch gewesen, von neuen gelegert werden.* (††)

(\*) Refero ex PFEFFINGERO ad Vitriar. L. 3. T. 19. p. 76. hic ex LIMNAEO T. 4. Addit. ad Lib. 3. C. 7. §. 62. p. 818. seqq.

(\*\*) Wertheimischer Gegenbericht contra Würzburg C. 13. p. 331. ap. RICCIUM von der Jagdgerechtigkeit C. 1. §. 39. p. 81.

(\*\*\*) CAESAR de bello gallico L. 6. c. 21.

(\*\*\*\*) P. 2. C. 2. Tit. 16.

(†) Kaiser SIGISMUNDs Bestätigung des Fürster-Buchs Büldin-



Singer Waldes, vom Jahr 1425, in appendice ad STISSEK  
Forst und Jagd historie sub Lit. C. p. 16.

(††) de GOEBEL de jure venandi P. 2. §. 11. not. a. p. 87.

## §. VI.

Si quid solatii est, socios habuisse malorum, villici eo non carent in hoc seruitii genere. Quisquamne, inquies, reperiri poterit, cui tam duram sortem necessitas imposuerit praeter homunculos nostros? monachos certe non hariolaberis; attamen hi reuera pari conditio ne cum illis sunt, etiamsi non bene conueniat inter sanctam pontificiorum simplicitatem et venatorum ferociam. Non dubitarunt quippe proceres Germaniae olim venatum eentes in piis monachorum claustris eorum sumtu conuiuari omnesque religiosas aedes canibus, equis replere, maxime si monasteria fundauerant ipsi aut eorundem essent aduocati. Vtrum prandia lautiora quam in agricolarum tuguriis eos illuc inuitauerint, an neminem magis quam clericum hospitalitatem decere, rati sint, an vero monasteriorum opulentiam respexerint, de eo vtere tuo iudicio, lector, nihil enim impedio. Satis mihi est, rem sic se habere, vti tradidi. Ad hoc



autem probandum magna copia documentorum sese offert. Nam comites Hanoici, qui aduocati sunt monasterii, Numburgum cui nomen est, venantes semper ibi diuertunt (\*). Idem ius exercent Nassouiae principes in monasteriis a se fundatis aliisque v. gr. Arnsteinensi prope Lanum et oppidum Nassouium situm (\*\*). Tale ius quoque in coenobium Hilwardshusense per transactionem Brunswicensem et Hassiacam de anno 1575 Hassiae Landgravio confirmatum est (\*\*\*) . Reliqua ut taceam. Miror hic monachorum patientiam, miror, inquam, illos, cum imperatorum subesse imperio recusarint, venatorum paruisse libidini! In conquerendo substiterunt, ac nullibi locorum intuens, eosdem, more alias consueto, terras caelumque mouentes, iugum detrectare conatos esse. Neque vero nimis tristes sunt quorundam illorum querelae. Nescio an risum tenueris, si HERBOLDVM, Murharti abbatem, in stilo epistolari obscurorum virorum conquerentem induxerim. Digna res est, quae copiosius narretur. Cum Vdalrici, Wurtenbergensium comitis, et coenobii, Murhartum dicti, aduocati venatores cum ingenti canum venaticorum caterua Murharti diuerterentur et impense commissarentur, paucis duntaxat comitibus stipatus abbas monasterii Herboldus clam Studgardiam profici-



ficiuntur, ad mensam comitis accedit, interrogatusque, num querelarum aliquid, aut negotii, haberet? Botz Guti Gott, respondet, putabam ego Murharti esse monasterium, ab imperatore Ludouico, pro religiosis fratribus, fundatum, nunc video esse stabulum canum; nam domini mei clementis seruuli qui cum illis canes ducent, ipsi canes ibi stabulantur. Non opus est amplius cantu et diapsalmate meorum monachorum, satis vero ibi baubantur canes, quamdiu hi in monasterio meo degent, ego hic in aula manebo, dominus meus potest me facilius pascere, quam ego canes eius (\*\*\*\*).

(\*) BERNHARD. in antiqu. Weter. P. 2. p. 45. seqq.

(\*\*) REINHARD de jure forestali Germanorum S. 2. §. 12. p. 105.

(\*\*\*) Da auch unser des Landgrafen Forstmeistere, Ober und andere Förstere vom Walde bisweilen, ins Kloster (Hilwardshausen) kämen und nicht ferner reyten möchten, und also um ein Mittags- oder NachtFutter und Mahl anzuchen würden, soll ihnen dasselbe nach Gelegenheit gutwillig mitgetheilet, sonsten aber in dem von denen unsfern kein Gefehrde gebrauchet werden, und das, Kloster zu einiger Übermas und Unziemlichkeit nicht verpflichtet seyn. Relatum hoc legitur ex memorata transactione STRISSEKI in der Forst und Jagdgeschichte der Teutschen C. 6. §. 46. p. 213.



(\*\*\*) PFEFFINGERVS ad Vitriarium T. 4. L. 3. T. 19.  
p. m. 77.

### S. VII.

Est, vbi iustum querelis etiam statuitur pretium, maxime si a sanctis hominibus querelae fundantur. Quod probant nostri monachi. Non enim solum Murharti noster abbas *Herboldus* ad sermonem suum limatulum, si Dīs placet, responsum solatii plenum ab *Vdalrico comite* tulit: *Vade chare praelate auferetur hoc cacoethes: sed etiam in Bauaria, vbi mirum in modum importuni erant et molesti venatores et falconarii in monasteriis pernoctantes, ad monachorum lamentationes a ducibus Bauariae Guilielmo et Ludouico ao. 1516. obtentum est praeceptum effraenam Actaenorum libidinem variis modis restrigens* (\*). Quemadmodum vero nouae leges nouas parere solent ut plurimum fraudes, ita hoc quoque in Bauaria factum esse, adparet. In conuentibus enim prouinciae, annis 1577. 1579. 1612. monachi acerbissime conquesti sunt, quod panis filagineus cum lacte integro ad pascendos canes posceretur. Quo factum est, ut albergariae onus in annuam pecuniae summam, a coenobiis Bauaricis venatoribus soluendam, commutaretur eaque pecunia adhuc sub

titu-



titulo census (*Iäger-Zins*) exigitur (\*\*). Melius etiam res successit monasteriis Neoburgensibus, pariter ac Bauaria venatorum insolentia vexatis, quippe quae prouinciali lege: *Es sollen nun, iubente, hinführan die Clöster durch die Forster und Überreuter mit Nachtziel (albergariae hoc nomen est) und andern unbeschwert gelassen werden* (\*\*) ab omni seruitute immunia euaserunt. Neque vero hic silentio praetereundum, immo etiam cum laude commemorandum est, dominorum quosdam sponte sua ab isto siue iure, siue iniuitate discessisse. Certe non deprehenduntur pontificiorum preces praeuiiae, quamquam immunitatem iis non obtrusam esse, facile largior. Tam elati animi fuit Goetzius, Tubingensis comes, vt, auch uns aller der Rechten, die wir zu der vorgenanten Hundelegi (albergaria) hatten oder gehabt moechten, von Gewalt und Gewohnheit, oder von Recht begeben, liberrime declararet (\*\*). Cui non secundus est lenitate Georgius Saxoniae dux monasterio Oldeslebens immunitatem concedens ab hospitiis venatorum, canum, falconum et equorum ad certamina ludicra aptorum (†); Sub tormentis spiritualibus extorta videtur et poenitentiae similis est professio comitis Ebersteinensis in priuilegio monasterio Herrenalb dato: nec

prae-



praecipue grauabinus venatoribus, canibus aut vecturis; seu rebus etiam quibuscumque. Quod enim haecen us per nos eis fuerat illatum, per praesentes recognoscimus ex mala consuetudine processisse, non ex iure (††). Aurea verba! digna, quae super fores cuiuscumque monasterii, vbi venatores diuertendi causa intrant, inscribantur. Alia vero monasteria oneroso titulo libertatem suam non potuerunt non redimere. Tale quid factum est a Godofredo comite de Tubingen, qui pro renunciatione iuris, quod habere sibi visus est in coenobium Bebenhusanum, ducentas et quinquaginta libras probae monetae a monasterio anno 1343. accipiebat (†††). Admodum singularis etiam est permutatio inter comites Hardecciae et coenobium Zuettlense contracta, vbi tres missas pro defunctis comitibus instituere, eorum memoriam quotannis colere, ipsosque in communionem bonorum recipere promiserunt coenobitae; comites vero immunitatem ab onere hospitiis aliisque servitutibus stipulati sunt (††††). Res sane difficultis fuisset, de laesione sententiam dicere, si propterea una vel altera contrahentium pars ad rescindum negotium prouocasset. Ac tali pacto factum est, ut monasteriorum maxima pars nostro aequo a venatoribus sit purgata, cum ex aduerso in rusticorum habita-



bitaculis diuertentes, hi haud raro adhuc deprehendantur.

(\*) Es soll auch kein Jäger und Falkner füran auf einich Closter daß Iars nit mehr dann einmahl ziehen, mit einer ziemlichen Anzahl die Lieferung auf die Personen, Ross und Hund ungevärlich drey oder vier tage zu suchen und zu nennen. Doch wo die Jäger oder Falkner auf etlich Closter in zehn Iarn nit gezogen werden, daselbs bin sollen sie hinfüran auch nit ziehen, noch geschickt, auf daß die Gottes Häuser nit übermäßig beschweret werden. Desgleichen sollen nun hinfüran die Clöster durch die Förster und Überreuter, mit Nachtziel und andern unbeschwert gelassen werden; Haec sunt ipsa praecepti verba, quae occurunt in der Erklärung der Landes - Freyheit der Fürstenthümer Ober und Nieder Bayern p. 3; art. 6. Conf. IVS PROVINCIALE BAVARICVM Monachii editum anno. 1616. p. 429.

(\*\*) CHRIST. GOTTLIER RICCIVS von der in Teutschland üblichen Iagt - Gerechtigkeit C. I. §. 39. p. 81.

(\*\*\*) Landes Freyheit des Fürstenthums Neuburg P. 3. art. 6. LYNTIG Tom. I. von Landf. Rittersch. p. 1145.

(\*\*\*\*) DOCUMENTA REDIVIVA WURTENEBERGEN-  
SIA p. 409.

(†) Vid. diploma apud M E N C K E N I V M in scriptoribus rerum Germanicarum T. I. p. 668. ibi. Däß gemeldter Apt und sein Cloſter nun und binforder allezeit der Überlegung von Hunden, Iegern, Falknern, Stechpferden und dergleichen ganz sollen entledigt und benommen sein.

(††) D O C. R E D. W V R T. p. 441.

(†††) M E N C K E N I V S script. rer. German. T. 3. p. 2054.

(††††) Documenta habet L V D E W I G in reliquiis M S C o p t o r u m T. 4. p. 90.

### S. VIII.

Praedia nobilium Megapolitanorum, ad canes venaticos pascendos, olim praestitisse frumenta, idque non minus albergariae loco factum esse, traditur (\*). Qua ex re colligo etiam feudis aliquibus fuisse impositum teftis recipiendi alendique seruitium: habent enim nobiles Megapolitani, vt inter omnes constat, sua praedia beneficii iure. Singularis nobis ea res videtur, inconsueta et irregularis. Sunt enim solita, quae vasalli praestant, seruitia, aulica atque militaria; venatica minime. Ac etiamsi tu, quod nonnullis placet, statuere velis, vasallum ad alendum suum dominum teneri, de inope tamen

ac

ac egoно patrono hoc dixeris, spero. (\*\*). Adhuc enim iurisconsultorum nemo id sibi sumvit, vt, dominos ad clientes pro arbitrio in hospitium diuertere posse, demonstraret ex beneficiorum natura. Quae cum ita sint, putem equidem albergariam, quae egestatis causa, quatenus ius est, exerceri non solet, feudi domino ordinarie non deberi (\* \*). Attamen per pacta et longum usum naturae rerum immutantur haud raro et ex indebitis fiunt debita. Hoc probat non solum exemplum vulgatum iam prolatum, sed simile eius etiam, praediorum scilicet ordinis Ioannitici in Frisia orientali litorum. Nam post varias inter Edzardum II, Frisiae comitem, et Ordinem ea de re altercationes, factum est tandem in transactione de anno 1574. vt ex parte quidem comes albergiae iuri renunciaret, certo modo autem Ordo sua praedia eidem submitteret (\* \* \*).

(\*) I A R G O W von den Regallen. L. 2. C. 5. §. 11. not. a.

(\*\*) I L L. H E L L F E L D elementa iuris fundalis. C. 10. §. 300. p. 314.

(\*\*\*) Consentit nobiscum P F E F F I N G E R V S ad Vitriarium L. 3. T. 19. p. 75.

(\*\*\*\*) Ita autem conuentum est inter transigentes, So wollen auch wohrnante Grafen und deren Erben, vorgedachte Ordens Häuser und

C 2

Vor-

Vorwercke mit Unterhaltung der Jagd und dessen Jäger und Hunden nicht belegen noch beschweren; Es wäre denn daß Ihr Gnäd. selbst in der Person oder durch einen von Adel neben dem Jäger wollen daselbst iagen lassen; Alsdenn und nicht anders soll der Commissur schuldig seyn die Notdurft, nach des Hauses Vermögen, unweigerlich mitzutheilen; Wie denn auch der Grafen Wildschütz wann sie bey Zeiten daselbst anlangen möchten, die Notdurft gewiesen mögen. Legi hunc locum transactionis relatum in BRENN  
EISENII bistoria Frisiae orientalis T. I. L. I. C. 9. R. 9.  
§. 10. et 21.

### §. IX.

Itane? rusticos etiam venatica instrumenta v. gr. funes, retia, comparare et reficere oportere, dixi? Certe id habent mei auctores, quos tamen sine discrimine non sequor. Multum a regia aberrare mihi videntur, qui ex Romani iuris analogia hanc rusticorum hominum seruitutem colligere volunt. Claducat simile fabri, qui in operarum suarum praestatione, iubente lege Rhodia de iactu, (\*) incudem et malleum sibi comparare debet frumentorumque instrumentorum iacturam aliis imputare non potest. Darem argumento aliquid, si ad venationem ipsam adstricti essent agrestes homunculi. Verum enim vero cum ad operas, venantibus praestandas vocentur tan-

tum

tum nostrates, argumentatio ad illas videtur pertinere, quae a baculo ad angulum fiunt (\*\*). Contra ea facile assentior illis fide dignis scriptoribus, qui morem ac consuetudinem eiusmodi operarum in quibusdam Germaniae regnis obseruarunt. Quid enim est, quod dubitem tale quid contingere, cum alicubi in principatu Blankenburgi, factores rustici, ad centones, qui venationi inserviunt, gratis refarcendos, obstricti dicantur (\* \*). Scepticus esset, qui in legibus venaticis, ut subditii densa et ad captandos lupos apta exhibeant retia, curae praefectorum rei venaticae demandatum legeret, et tamen an ad casses comparandos subditii tenerentur, anceps ac dubius haerere vellet (\*\* \*). Nisi forte te non conuincunt, hominem antiquitatis studiosum, nisi eiusmodi instrumenta, quae vetustas sacrauit. Et huius generis saltim nobis in promptu est vnum, cui fidem denegare non poteris. Sanciuit enim LVDOVICVS imperator: *Vnd der vor genanten Haben der geben zwölf Schyben zu leyde Sey len einen Fauth von Minzenberg, und zwölf Huben geben Wolfs Engel und zwölf Opfergeld (†).* In eo autem si haeres dubius, quod insolita et peculiaris atque adeo ad prouincias, ubi mos eius exactio-

G 3

hem



nem non tuetur, non proferenda sit eadem seruitus; nos non repugnamus.

(\*) L. 2. §. 1. n. de lege Rhodis de iactu

(\*\*) Ita ratiocinando sibi placent B E V S T. de iure venandi S. 15.  
§. 2. 10. 10 D O E V S B E C K Tr. de iurisdictione forestali C. 17.  
§. 1. p. 307. horumque auctor B E R L I C H P. 2. C. 65. n. 16.

(\*\*\*) G O E B E L de iure venandi P. I. §. II. not. a. p. 87. Generatim quoque rem testatur S T I S S E R in der Forst und Jagd Historie C. 6. §. 40. p. m. 204.

(\*\*\*\*) Die Churbrandenburg - Hinter - Pommersche Jagt und Holzordnung de Ao. 1681. Tit. 23; vom Jagtzeng disponit: Es soll auch der OberFoerster und Hoff-Jäger dahin seben, daß diejenigen Untertanen, so Netze zu halten schuldig seyn, gute tüchtige und zum Wolfsjagen dienliche Netze halten und versetzen lassen. Sicut hanc legem A H A S V E R V S F R I T S C H in C. I. V. F. P. 3. p. 521.

(†) Kayser Ludovici Weisthum über den Drey - Eicher - Wild - Bahn de an. 1338. in addit. ad S T I S S E R I historiam venaticam lit. B.

## §. X.

Sane ab illis temporibus, vbi creator in omnes quae in terris mouentur bestias, imperium habeto, ad primum mortalium dixit, aliqua mutatio rerum non exigua,

prae-



praeter illam communem labem, videtur contigisse. Nam canibus etiam, vt nunc est, rustici homines seruant. Ac varia sunt, ( lacrimas tenete amici ) varia sunt iura canum, variae sunt illorum intuitu hominibus rusticis incumbentes et seruitutes et obligationes, vt mirer, cur nemini ex Vlpiianis nostris adhuc venerit in mentem corpus iuris aliquod canino forestale conscribere, immortale opus; cum tantus sit scribendi pruritus. Oportet igitur villicos catulos istos educare, sustentare et alere, seruitutis genus, quod in plerisque Germaniae locis obtinet. Itaque oleum et operam perderet, si quis documenta ad eam rem probandam proferre vellet. Equidem G R O L L M A N O , quamvis alias venatorias operas debeant rusticci, iidem ad eas praestandas nullo modo teneri videntur (\*). Sed vereor, ne bono viro duxerit calamum misericordia, quam non agnoscunt leges, mores reprobant et domini abhorrent; nisi hoc pietati cuidam tribuere velis, quod non vbique locorum gratis exigantur durae haec seruiles praestationes, sed detur aut auenae quantitas aliqua, aut in compensationem earundem aliae remittantur siue operaे siue praestationes alias debitae. (\*\*). Hinc sine dubio factum est, vt rusticos mercedem laborum

sibi



sibi ipsos sumere quondam in Bauaria fas visum sit, nimurum in eo, ut, post venationem aprorum peractam, canes principis, sibi commissos, nobilibus locarent ad venationem. Male tamen placuit ea compensatio, proprio ausu arrogata, Bauariae principi, qua canum iacturam fieri erat expertus. Lege igitur sanctum est, ne fieret, graui poena constituta, cum ab nobilibus, tum ab rusticis soluenda (\*\*). Si autem rusticci in eo peccarunt, domini ac eorum venatores non minus, et magis adeo, ut opinor, culpandi sunt, qui ea seruitute plus iusto sunt onerosi. Nec miror Poloniae nobiles de Boleslao Pudico, Poloniae Principe, regno priuando, nulla alia de causa cogitasse, quam quod per crebras yenationes, et quod canes eius alere cogerentur, ipsos nimium vexaret (\*\*). Inter eiusmodi excessus merito referendum est, si in locis, vbi subditi ad alimenta, canibus praestanda, eosdemque ad educandos tenentur, distributio et repartitio eorundem non sit aequa, sed, seposita omni praediorum et facultatum rusticorum hominum ratione, ex mero fauore dominorum, aliqui omni molosorum caterua obruuntur, quidam ex aduerso hac seruitute minus vel plane non one-

offerantur. Prouidit, ne hoc fieret, legislator Wurtenbergicus die (Waldwögte und Forstmeister,) iubens, sollen dann dieselben Hund im Flecken zu erziehen den vermöglichsten, wie es sie für gut ansehen wird, umtheilen, damit eine Gleichheit gehalten, und Niemand wider die Gebühr beschweret werde (†). Ac eadem iniquitas sine dubio ansam dedit mutationi huius seruitutis in pecuniae quantitatem; quam absque contradictione soluunt ruricolarum quidam, etiamsi pecunia nil carius habeant, aliisque eiusmodi computationibus pro viribus resistere soleant. Memini me legere factum hoc esse olim a vicis Grabschütz et Zwochau, qui praefecture Saxonicae electoralis Delizsch subsunt, nimurum ut prior vicus quotannis vndecim misnigos, posterior vero nouemdecim ioachimicos pro *Hunde-Kostgeld* in praefectura exsolueret, quod, nescio, an adhuc fiat.

(\*) *Diff. de operarum debitorum mutatione* C. 2, §. 16,

(\*\*) *HEESER theatrum seruitutum* Tit. 12, §. 9.

(\*\*\*) Neben diesen, kommt uns auch für, demnach wir bey unsern Gerichts-Vnterthanen die eingeschlagenen Riden, (canes subditis commissi) nach verrichteter Schweinhatz, wiederum ausgeben, daß glidens die vom Adel, so nach schwarzen Wildpräßen zu haben,



haben, bey denselben Unterthanen werben, und ihnen die Hund zu leiben begeren sollen, dadurch dann die Hund verlobren oder gar erschlagen werden, welches wir aber nicht allein gäntzlich abgeschafft, sondern auch bey hoher Straf hiermit verboten haben wollen. Fürstlich Bayerische Jagd und Forst-Ordnung Cap. 19. in A H A S V. F R I T S C H C. I. V. F. P. 3. p. 78. K H R A I S S E R I. tr. de venatione et aucupio C. 19.

(\*\*\*) C R O M E R V S de origine et rebus gestis Polonorum Lib. 9. p. m. 247.

(†) Des Herzogthums Württemberg erneuerte Forst-Ordnung de anno 1614. Tit. von Aufstockung der Hunde ap. F R I T S C H P. 3. p. 163.

## S. XI.

Etsi ruricolas canes venaticos sustentare oportet plerumque, non raro tamen canes educandi et alendi aliis etiam subditis traduntur. Habent enim dominorum quidam plures canes, quam lepores atque apri in omni eorum ditione venatica sunt. Atque hoc edax animalium genus pauperem agricolam cum omni suo victu et apparatu deuoraret, si tantus bestiarum latrantium numerus illi imponeretur. Neque id fieri permittit rusticus

homo



homo, pertinax et extrema audens pro defensione sua, quando contra vetustum morem aut praeter necessitatem onera augeri sua animaduertit. Tandem inuidiae merito arguendi essemus, nisi aequos supereesse generososque principes profiteremur, qui rusticos homines cum sudore et labore glebas vertere et fructus miserrime cultos canibus dare debere, duram rem esse et iniquissimam perspiciunt. Quare aliquibus in locis molitoribus, qui furfure, ad panem canibus coquendum apto, abundare solent, venatici canes principis caussa sunt alendi, vel onus illud quadam frumenti vel pecuniae quantitate redimendum. Alibi in cuiarias tradere solent alendos canes (\*). Est etiam vbi excoriatores deglubendorum cadauerum ius canum sustentatione compensant (\*\*). Atque etiam hic in societatem pro dolor! veniunt homines cucullum gestantes. Mos est enim antiquissimus, vt monasteria canes ad venandum, equos ad certamina ludicra, falcones etc. principibus territorii alere atque educare cogantur. Evidem in chronicis Salisburgensi duces Bauariae leguntur, imposuisse exactiōnem insuetam claustris coenobiisque pro expensis canum, quae vulgo nominabatur Huntsturar. Verum enim.

vero non insuetum erat onus, sed insolita pecunaria pro onere exactio (\*\*).

(\*) GÖEBEL de tute venandi P. I, §. II, not. a p. 86. STISSLER Forst- und Jagd-Historie C. 6. §. 48. not. Vid. etiam exemplum praediorum ordinis Joannitici in §. VIII.

(\*\*) DOPPELREYS in theatro poenarum, suppliciorum et executionum criminalium C. 6. §. 33. p. m. 545. instrumentum inseruit, quod eam vim habet, ut carnifici cuidam eiusque heredibus deglubendorum cadaverum ius sub hoc onere, a comite, nescio quo, vendatur. Sed mysteriose satis et diem et consulem documenti omisit ac nequidem regionem, ubi res facta sit, prodere voluit. Nos liberioris animi et in Vinariensis his terris et in Saxonis id fieri in vulgus scribere non dubitamus.

(\*\*) MENCKENII Scriptores rerum Germanicarum T. 3. p. 2054. lit. B.

## S. XII.

Sit felix, qui potuit rerum cognoscere causas! Nobis originis ac seruitiorum venaticorum, quae a coenobiis praefstantur, causae cognoscenda studiosis, hanc felicitatem attingere parum licuit. Procul abssumus ab illo aeuo, ubi coenobia canibus et venatoribus seruire cooperant, silent chartae antiquae, atque scriptores rerum antiqua-

rum

rum Germaniae, qui ad regnorum vicissitudines ne quidem satis attenti, minima haec, qualia illis videbantur, neglexisse videntur. Attamen tantum abest, vt ex aduocati monastici officio colligatur canum venatorumque monasteriis immittendorum facultas, vt non possit non aliud fuisse huius rei fundamentum. Neque ordinarie inter ea, quibus aduocatorum operae compensabantur, hoc erat (\*) Itaque certitudinis fundamentum nullum, et conjecturae liberrima facultas, qua abutentes, sunt, qui nihil non audiunt. Placet nonnullis, aduocatos propria oeconomia carentes, aut angustiori vtentes, aut saltim in aliquod eius levamentum a monasteriis siue precibus siue pacto id obtinuisse. Alii volunt, fuisse hanc olim, aut quasi recognitionem dominii supremi ac tutelae aut compensationem seruitiorum equestrium, a quibus, ratione plerorumque bonorum, coenobia erant immunia (\*\*). Maneat suum cuiusque opinantis laus! modo nobis nostra liceat, qualiacunque sint, addere. Nihil nos conjecturae damus, si consuetudini ac tacito usui haec seruilia debita saepius inniti contendimus, siquidem id fundamentum loquantur plura iam prolata documenta (\*\*). Huins

D 3

autem



autem consuetudinis originem, cum verisimilitudine, in antiquissimo more monasteria in syluis et solitudine exstruendi inuenisse putamus (\*\*). Quaesiverunt quippe religiosi homines solitudinem, ne in pii meditationibus ac horis cultui diuino consecratis turbarentur, ne somniantes quidem aliquid inde sibi euenturum. Ast nostris diis satyris, qui aedes venatoria non habebant, admodum apta ad pernoctandum visa sunt pia claustra, nec ullum stabulum pro canibus illis commodius. Statim enim, quando venatum ibant, in promptu erant canes molossi. Ac forte principiis obstatre non ausa sunt monasteria, cum regum et imperatorum auctoritate id fieret, qui ipsi in maioribus Germaniae syluis venari solebant (†) ac maiorem potestatem in coenobia, quam sequiori aevo, habebant. Nonne consuetudinem oriri posse, res est omnino possibilis? qua stabilita, quid obstatit, quo minus eadem ad exemplum in reliquis monasteriis quoque introduceatur. Meminimus autem rei vnius plures dari causas. Quare aliorum opinionibus non repugnamus.

(\*) PAULINI de *advocacia armata* *Scriptor. rer. Germ.* p. 541.

(\*\*) MENCKENIUS c. l. p. 2054. lit. B. GOEBEL de *iure venandi*. P. I. §. IX. not. a.

(\*\*) Vid.



(\*\*) Vid. renunciations albergariae comitum Tübingeris et Ebersteinensis in §. VII.

(\*\*\*) Exemplo sint Noua Corbeia, in media sylua extructa, nec non Calense monasterium in sylua Lauconia, ob internacionem Childerici II., Francorum regis, eiusque vxoris praegnantis, ibi nationem agentium, satis celebre. CONF. ECKHART. *Commentar. de rebus Franciae*. T. I. L. 14. p. 252.

†) Non possumus igitur, quin assentiamur immortali I.O. PETRO DE LUDEWIG diff. de *differentiis juris Romani et Germanici in venatu eiusque regali diff.* 5. not. 8. p. 37, seqq. cum tot exemplis luculentis tam Francorum, quam Germanorum regum, tanta que legum autoritate, reges nostros in immensis sylvis cum exclusione aliorum sibi venationes numquam non vindicasse in iisque tantum iuris venandi regale acquisitum esse, comprobet.

### S. XIII.

Videre autem hic licet clericos nostros, parere nescios et omnibus, qui imperium affectant, interitum minantes. Banni enim fulmine terret episcopus Hildesheimensis aduocatos, qui canes alendos Amelunxbornensis monasterio tradere audeant atque, ex potestate sua ecclesiastica, hoc monasterium ab onere indigno eximit (\*). Legem dixe-



dixerunt Osnabrugenses episcopo suo, vt, ad liberanda coenobia ab educatione canum et equorum, operam collocaret omnem (\*\*). Ac effectum est, nescio quo modo, vt, Guilielmus Saxoniae dux in sua reformatio[n]e monasteriorum anno 1446. auch wullin mir, promitteret, mit keinerley Ihegerhunden, Stecheroß oder Felken die Closter beladen noch beschedigen (\*\*). Recens exemplum nuntiarunt litterae publicae superioris anni. Coenobium Neoburgum, prope a Vindobona situm, a Diuo Leopoldo excitatum, canes venaticos huius sancti, ex illorumque progenie certum numerum alere tenebatur ad superiorem usque annum; Et, quamquam nostra memoria numquam acceperimus duces Austriae his canibus ad venandum vsos esse, (forte quia minus apti inuenti sunt) nihilo tamen magis coenobium isto onere caruit. Quod vbi nuntiatum fuerit Iosepho II. imperatori, factis dictisque regalibus iam dudum immortali, canum ale[n]dor[um] sumtibus ita exsoluit coenobium, vt illos ad certum puerorum pauperum numerum alendum conferre iuberet. Exierunt itaque ex venatico seruili sodalitio monachi, aut saltim, vbi plena exemptio non existit, restrictae ac limitatae sunt illorum seruitutes. (\*\*\*)

(\*) Char-



(\*) Charta afferuatur in bibliotheca Augusta, quae est Guelferbyti, teste GOEBEL de iure venandi P. I. §. II. not. a.

(\*\*) CAPITVLATIO PERPETVA OSNABRUGENSIS art. 54. Der Bischof soll auch daran seyn daß die Abtey zu Iburg und andere Closter dieses Stifts von ungehörlicher Auflagen; Pferde, Hunde und Winde zu erzicken, befreyet und gübriget seyn.

(\*\*\*) M E N C K E N I I Scriptores rerum Germanicarum T. 3. p. 2054. lit. B. In charta Henrici IV. de anno 1574 etiam concessum est, vt in bonis monasterii neque canes pascantur neque stipendia venatoribus dentur. ap. R E F F I N G E R Y M ad Vitriar. L. 3. T. 18. p. 1384.

(\*\*\*) S T I S S E R Forst und Jagd-Historie. C. 6. §. 46. not. p. 214.

### §. XIII.

Sunt denique canes, quando venatio illorum operagenda est, in siluam conducendi, ibique, ne nimio ardore feras persequantur, ac, venatione nondum sat[is] instructa, illas in fugam dent, copula retinendi, nec non, peracto venatu, pristinae custodiae tradendi. Hinc villici constituantur catenatorum molosorum et conductores et gubernatores, qui tumulos camposque per omnes eos concomitentur (trahuntur (\*)) autem magis a belluis istis) illaesosque restituant. Ac, nisi omnia nos fallunt, et coe-



nobitis hoc officium olim incubuit, certe intelligi alioquin non posset, cur comites Hardecciae Zuettensi coenobio *daz sem*, remisisset, *weder da* (in coenobio) noch auf andern ihren Guetern, weder Iaeger noch Hund fueren ziechen, noch speissen. (\*\*). Ipsos quidem sanctos homines canes duxisse credendum non est. Quid enim dixisset Arnulphus episcopus, qui grauiter increpabat clericum accipitrem manu sustinentem, (\*\*) si fratrem quendam religiosum catulorum cateruam ducentem vidisset? At tamen, quod ipsi non poterant, per alias facere debuisse videntur.

(\*) — — *Canem pauidae nullum vestigia ceruae  
Luctantem frustra copula dura tenet.*  
OVIDIUS.

(\*\*) Mentionem huius chartae fecimus in §. VII. not. ¶¶¶

(\*\*\*) ap. DITMARVM MERSE. IN LEIBNITII Script.  
rer. Brunsu. T. I. p. 328. Prohibita quippe est venatio clericis  
in iure canonico, vt inter omnes constat.

## §. XV.

Tradunt tandem rusticorum fuisse suis impensis canibus, venando vulneratis, medicinam parare, ac, in conflictu occisorum loco, alias comparare (\*). Quod si unquam, praeter iustissimum fundamentum, principium exegerit aliquis, certe is fuit ex Neronis pro-

genie

genie. Laetor autem a nullo rerum venaticarum scriptore eius rei exemplum proferri. Itaque in honorem laudemque humanitatis mihi firmiter persuadebo, tantam iniquitatem legitimam consuetudinem nunquam creasse, quamquam fieri potuit aliquando, vt unus vel alter dominorum in eo excesserit. Qua in opinione confirmor, cum in ordinatione forestali Wurtenbergensi contrarium eius iustissime prouisum lego (\*\*). Hoc loco autem illum casum eximo, si rusticus aliquis dolo aut culpa efficerit, vt canis illi commissus aut laederetur aut periret. Tantum enim si quis committat facinus, neque, quin condemnetur ad reparationem, repugnamus neque, etiam si Burgundionum more (\*\*) puniatur, illum dolebimus.

(\*) BECK Tr. de iurisdictione forestali C. VI. §. 2. p. 311. HEESER, theatrum seruitutum Tit. 20, §. 8.

(\*\*) Vnd ob einer einen Hund der ihm obgemeldter maßen zugestellen würde, ohngefährlicher Weise verlieren, ihm der entwehrt todgeschlagen oder gelachmt würde, oder sonst ohngefährlich ohne seine Schuld darum käme, der soll nicht gestrraft werden, ap. FRITSCH in C. I. V. F. P. 3. p. 163, Tit. von Aufstockung der Hunde.

(\*\*\*) Si quis canem Veltraum auf Segutium praesumserit inuolare, inbemus, vt coniunctus coram omni populo, posteriora ipsius osculetur LL. BVRGVNDIONVM Addit. I. Tit. 10. in GEORGISCH corp. iur. Germ. ant. p. 400,

## §. XVI.

Male mihi in venaticarum seruitutum cumulum  
operae cingendarum atque tuendarum syluarum ferarum  
que referuntur. Sepiunt quippe, quibus ius est venandi  
sua nemora lignis succisis, aut muris eadem concludunt,  
ut manus furtivae ab vsu syluae et ferarum capture ar-  
ceantur, ipsaque bestiae custodiantur. Faciant. Quinim-  
mo, si fieri possit, cuilibet ferae custodem apponant,  
modo de subditorum corio ne ludant simul. At, quod  
ruricolarum opem sub praetextu venaticarum operarum  
exigunt, itidem excessus est. Neque enim ideo venatio  
exerceri non potest, quod syluae non cingantur, siquidem  
multi per canes et retia venantur, quibus sylvas circum-  
dare non licet. Ac iniquissimum est durissimas seruitu-  
tes ultra suum genus et necessitatem extendere. Certe,  
vbi iure debentur, deberi autem posse non inficiabor, aliud  
seruitutis genus cingendi operaे constituunt, quod ab  
operis venaticis longe diffidet. Agnouit hoc discrimen  
Eitel Fridericus, Hohenzolleranus comes. Viuarium no-  
ster habebat nouem horarum circuitu, in cuius conser-  
uationem immensos sumtus fibi faciundos praeuidebat.  
Hinc, colonis suis Hechingensibus immunitatē opera-  
rum vendens, illimitatas seruitutes cingendarum et ca-

piun-

piundarum ferarum sibi reseruatas in instrumento expri-  
mi curabat (\*). Quam reservationem postea in contro-  
uersia cum Hechingensibus subditis, satis nota, anno  
1728 princeps Hohenzolleranus illis, de seruitute viuaria  
excitandi conquerentibus, opponebat, atque, eandem in-  
ter venaticas non esse, lubentissime concedebat. Habes  
in eo etiam nostrum iudicium de operis exstruendarum  
aedium venatoriarum. Quas quidem, quoniam ad ipsum  
venationis exercitium nihil faciunt, ad aedilitias operas  
potius quam ad venaticas referendas esse arbitramur.  
Ut vero nemo sibi persuadeat, nos titulum indicare vo-  
luisse dominis, quo, subditorum impensis, aedificandi pru-  
ritui possint indulgere, addamus quae huc pertinent, ex  
concluso senatus imperii aulici anno 1730 facto in causa  
comitis ab Isenburg et Budingen contra pagum Grün-  
dau (\*\*).

(\*) Occurrunt enim in instrumento verba: *Mit Hagen und Jagd*  
*aber sollen sie nicht gefreyet seyn, sondern die Wehrer darzu schicken*  
*cet. Omne in contiouersiam vberius exponit MÖSER in der Reichs-*  
*Fama P. 5. p. 5. seqq.*

(\*\*) *Mithin dieselben (Unterthanen) — — Zu denen in dem Budin-*  
*ger-Wald neuerlich aufgeföhrten oder in das künftige annoch zu er-*  
*bauen stehenden Gebäuden (ienn alleins so zu des Imperiati ordent-*



licher und gewöhnlicher Residenz abgefördert werden; oder welche speciali pacto aut consuetudine legitima horgebracht seynd; ausgenommen einigerley Frohnen in das künftige zu leisten keinesweges verbunden, MOSER P. 7, in der Reichs Fama C. 20, p. 469.

### §. XVII.

Iam pertaes laboris, per singula eundi, quaedam, quae ad nostra seruitia generatim spectant, differamus. Quid vero magis Iurisconsultum exercet, quam immortales illae lites, quod nimium postulet venator in omni seruitutis genere, nec in vlo pareat satis seruus. Qua ratione ducti, modum praescribere mens est ab vtraque parte seruandum, quamquam praeuideamus, fore, vt scandalum loquacitatem rusticis et venatoribus stultitiam. A dominis merito incipit dissertatio. Tam male audiunt hi vbiique locorum, vt vel exinde non omni veri specie carere videantur rusticorum querelae. Iuuat interdum veteranos meos autores euoluere, qui indignatiunculam, quam contra venatorum insolentiam cepere, in scriptis suis effundunt. Nec mihi temperare possum, quin quosdam lusus horum antiquorum ingeniorum commemoarem. Scriptit AHASVERVS FRITSCH de venatorum peccatis integrum libellum, quo nouemdecim eorum peccatis,

inter



inter quae nostra quoque sunt, detectis exultat (\*). Quibus forsitan ducem atque principem praefecturus CYRIACVS SPANGENBERGIVS venatorem diabolum (den Jagdteufel) scripsit (\*\*). CHRISTOPHORO FESCHIO Syluani nostrates morbo Θηρωματις laborare vindentur, inde orto, quod praeter feras nil meditantur aut somniant (\*\*). E contrario ANDREAS ANGELO Marchicus in libello, cui das IAGDHOERNLEIN (\*\*\*), dedit nomen, commendat venatoribus precum formulas, probatas, (vt ipse laudat) ad mansuetudinem et pieta-tem restaurandam. In belluas conuerti eosdem, qui in consortio perpetuo cum bestiis sunt, sermone tritum quasi proverbum erat, quod rythmorum architectus quidam ita cecinit.

*Wer sich dem Jagen gar ergeyt,  
wird gleich den Thieren mit der Zeit.*

(\*) Institus est C. I. V. F. P. 3. App. 2. p. 430.

(\*\*) Editus est liber, cui hoc nomen anno 1560. in 4to iterumque recusus.

(\*\*\*) FESCH. Diff. de re venatoria P. 2. th. 7. n. c. in FRITSCH C. I. V. F. P. 1. p. 640.

(\*\*\*\*) editus est Francof. ad M. 1597. in 4to

### §. XVIII.

## S. XVIII.

Hauriemus autem nostras regulas ex solis legibus venaticis pariter, ac ex litibus, quae ex eo, quod vitiosum et nimium est in operis venaticis sunt ortae. Modum enim omni operarum generi communem scribere non lubet. Ac ex illis colligere licet, senibus aliquis miserabilibus hominibus, qui iniurias venatoriae viuendi rationis fustigare non possunt, parcendum esse. Ita Fridericus Guilielmus dux Saxo-Altenburgicus d. 18 Nouembris 1667.  
*Wann wir dann hinführo, rescripsit, alle Wittiben, auch alte, lahme undt preßhafte Personen, die keine große Kinder oder Gesinde haben, durchaus undt ohne einzige Abgabe der Jagddienste befreyet wissen wollen cet.* Ita quoque plerique iurisconsultorum ex aequi ac iusti praeceptis arbitrantur (\*). Nec extra territorium in alienam syluam, vbi forsitan domino venandi ius competit, subditos mittere fas est, idque neque dominis ordinarie, (strictè enim sunt accipienda, quae alicui debentur seruitia), et multo minus venatoribus, domino non iubente, licet. (\*\*) Conquesti sunt inde Hechingenses coram summis imperii tribunalibus principem Hohenzolleranum se ultra territorii sui limites adeo in Würtenbergensibus terris ad operas praestandas cogere. (\*\*\*) Ut taceam

frau-

fraudum varia genera, immanes coercitiones, maledictiones ac imprecations venatorum, quae omnia leges se uere prohibent (\*\*\*). Denique ut maior numerus subditorum, ac opus est, ne ad venatum rapiatur, praeter necessitatem plures dies nullus detineatur, detenus frigore aut fame ne pereat, crebris seruitiorum extorsionibus nemo vexetur, ac tantum temporis, quantum ad se suosque alendos opus est, cuilibet relinquatur, suadent, volunt ac cum poenae sanctione praecipiunt eadem (†) iustissime quidem, sed ex mea sententia absque sperato effectu. Ad prudens enim venatorum arbitrium eiusmodi praeceptorum applicatio reddit. Verum enim vero, quibus his legibus opus est, (opus autem est nemini, in quo humanitatis ac sanae rationis scintillula remansit), illorumne prudens erit arbitrium? (††)

(\*) RICKSTATT Tom. I. Opusc. 9. de eo, quod iure publ. vniuersitate partic. S. R. I. circa venationes iuris est C. 2. §. 87. 10.  
 (\*\*) BECK Tr. de iurisdictione forestali. C. 17. §. 4.  
 BEVST de iure venandi all. l.

(\*\*\*) ORDIN. PROV. SAX. ELECT. de anno 1603. Tit. die Jagd Fuhren und Jagddienst betreffend ap. FRITSCH. C. I. V. F. P. 3. p. 81. ORD. VENAT. AVSTR. art. 31



(\*\*) MOSERI *Reichs Fama* P. 5. p. 7.

(\*\*\*) Vetant facitiam ac vapulationes ORD. PROV. SAX. ELECT. all. I. RECESS. PROV. WVRTEENB. de anno 1565. fol. 185. MAND. ELECT. SAX. Lips. d. 11 Oct. 1694 in *Cod. Aug.* T. 2. p. 45. seqq. ORD. VENAT. HASSO - DARMSTAD. §. 102. WVRTEENB. GENERAL RESCRIP. d. d. 7. Aug. 1699. et 18. April 1739. Fraudes vero, veluti annua salario, pro quibus rusticorum hominum quidam sibi immunitatem operarum a venatoribus emunt, litteras, quae ad rem venaticam non spectant, rustico vero sub talium praetextu ferendae traduntur, prohibent FRIDERICI GUILIELMI ducis Saxoniae ordin. forealis in praefect. Altenburg et Ronneburg art. 22. ap. FRITSCH in c. l. v. f. P. 3. p. 17. MANDAT. CAMERAE Hanov. d. 3 Aug. 1683 et Ian. 1693. in legibus provinc. Luneburg Brunsvic. P. 4. C. 17.

(†) ORD. FOREST. BAVAR. C. 7. Wie die Scharwerck in den Gnaden Geißtern zu gebrauchen ap. FRITSCH C. L. V. F. P. 3 p. 72. ORD. PROV. SAX. ELECT. de anno 1603. all. I. FRIDERICI GUILIELMI ducis Sax. Altenb. Ord. foref. art. 15. all. I. WVRTEENB. GENERAL RESCRIP. dd. 21 Mart. 1664. et 23 Mart. 1681.

(††) Ceux, qui font leur profession unique de la chasse, ont souvent la tête trop remplie de chevaux, de chiens et de toute sorte d'ani. MANX. ANTIMACHIAVELL. C. 14. p. 92.

### §. XIX.

### §. XIX.

In tempore item iustum non seruant aequumque. Nescio, qui fiat, vt die dominico prae ceteris venatum ire soleant. Nolo equidem de profanatione huius diei sermonem iurgatorium instituere. Longe enim imparem me sentio Herculeo labori huic subeundo, si quis, vt ad bonam frugem quisquam redeat, efficere cupiat. Quod autem subditi hoc die ferias habeant, ceu dulce laborum lenimen a vespera ad vesperam concessas, quodque his illaesisis, operaे illis indici non possint, hoc monendi dabitur venia, speramus, nisi diuina instituta aequa ac humana in determinatas partes conuertere illis licet. (\*) Nec igitur tua hic ratio excusabitur, homo religiosissime! qui diuina aut matruis fieri, aut in redditum differri, aut citius absolui (\*\*) posse putas, scilicet vt religionis vanam speciem retineas idque simul efficias, vt sub praetextu cultus diuini, operaे tibi venanti recusari nequeant. Peius atque atrocius tunc res se habet, quando cum misellorum hominum incommodis grauiissimis atque adeo vitae iactura (Hechingenses quidem id factum lamentantur) venatum ita exerces. Ac iudicatoꝝ, lectores, de clero nostro aeuī, cuius



cuius manus horis matutinis sacra administrare, pomericianis autem, tam in feras bestias, quam in homines crudelissime saeuire, consueuerunt. Largimur necessitatem eiusmodi facta saepius excusare, veluti acerbissimam famem, feras ac immanes bestias coercendas ac repellendas. Veruntamen sub nomine necessitatis veniam postulari, vbi nulla sit, intelligi potest ex sententia BEYERI, epulas, domino inopinato dandas, inter necessitatis species referentis (\*\*).

(\*) Prohibent eiusmodi profanationem dici dominici ORD. VENAT. SAX. VINAR. art. 4. sub poena centum aureorum, nec non RESOL. GRAV. SAX. ELECT de anno 1603 in Cod. Aug. Tom. I. p. 164. ORD. VENAT. MAGDEBVRG. de an. 1687. S. 9. §. 31. et CONSTLT. LVNEBVRG. BRVNNSVIC. d. d. 19 May 1710.

(\*\*) Hinc missae celerius expeditae antiquitus dici consueuerunt Idgermessen.

(\*\*\*) BEYERI delineationes iuris Germanici L. 2. C. 2. §. 21.

## S. XX.

Solet etiam esse de tempore, de horis controuersia et quaeri, quo tempore diei operis nostris, ordiendus labor aut finiendus sit. Horatianum illud:

— — Ma-



— — *Manet sub Iove frigido*

*Venator tenerae conjugis immemor*

innatum quid esse omniumque venatorum naturae insitum videtur. Abhorret autem a nocturno eiusmodi consortio venatorum villicus, post labores atque sudores diurnos requietem expetens nocturnaque vigiliae impatientissimus. En nouam litigandi materiam. ESTORI, si dubia res sit, illa hora et tempore, quo ad suum ipsorum laborem rustici homines venire solent, operaे inchoandae videntur. Idemque de hora finiendarum operarum judicium fert. (\*) Equidem de operis venaticis hoc, sine discriminatione, non dixerim. Commodius enim quaedam venationes in crepusculo aut summo mane peraguntur. Sunt ferarum genera, quae non nisi noctu in lustris suis latent ibique capi possunt. Quae quidem, simulac sol illucescens ex latebris eas euocavit, latos pererrant campos venatorumque insidias cautius vitant. In his igitur persequendis, operaे venatorem quid juvent? si hora, qua rusticus somnolentus stratum lectumque relinquere consuevit, expectanda esset. Dandum est igitur aliquid necessitati, quamquam ordinarie diurnum, non nocturnum officium

sint operae. (\*\*). Ad pacta vero vel consuetudinem primum recurrentum est. (\*\*\*)

(\*) JO. GEORG ESTOR de *præsumptione contra ruficos in cauſis operarum* S. I. §. 22. PAULO aliter POTGIESSER de *ſtuſerorum* L. 5. C. 2. §. 40. ut colonus, ſtatuit, ſole oriente extat caſa ſua et ſole occidente ad eam reuertatur.

(\*\*) PVEENDORP obſervationes juris uniuersitatis Tom. I, Obs. 121.

§. 1. et 2.

(\*\*\*) Apud Hohenzolleranos in terra Hechingensi, hora matutina ſexta et eadem hora vespertina operae incipiunt et finiuntur id que dicitur *eine Reichskündige Gewohnheit*, MOSE R. all. I. p. 19.

### §. XXI.

Abhorrent etiam noſtræ leges a venatore perpetuo, qui omnes ac ſingulos menses anni venando conſumit. Pierasque ordinationum venaticarum die demum Bartholomaei venatori ſyluam aperire ac cum initio jejunii quadragesimalis rursus claudere, fatis notum eſſe puto. Nonne tibi menses reliqui ab operis venaticis exempti videntur? Mihi quidem. Quid quod? ſilente etiam lege, ſtatuem, quando flaua Ceres dona ſua larga diſpertit manu ruricolis, quandoque agricola a conſerendis agris aliis-

que

que rebus necessariis vacat, tunc temporis illum (ſalua tamen vrgente neceſſitate) ab operis venaticis immunem eſſe. Modum enim quibusuis operis ponit boni viri arbitrium, per nimiam domini ſaeuitiam ad incitas redacto ruricola; et fruſtra dominus ius vetuſtate quaefi- tum indeterminatas operas exigendi contra allegat. (\*) Quid eſſet, quod locum illud non haberet, ſi, ve- natorem huic miſello ad colendum proprium agrum atque ad viuum quaerendum tempus non relinquere, adpa- reret. (\*\*)

(\*) LEYSER Sp. 418. Med. 3.

(\*\*) RICKSTATT de eo quod circa vénationes juriſ eſt. Opus. 9; Cap. 2. §. 87. Aequitatem eiusmodi arbitrii agnouit ipſe domi- nus territorialis in den Herzogl. Wurtenberg. General Rescripten dd. 6 Febr. 1652, 15 Febr. 1664. et 15 April 1666.

### §. XXII.

Verum enim vero omnia haec, quae ex legibus hauſta ſunt, ſubditis, quibus verandi ius eſt, atque venatori- bus ſunt dicta. Reges autem admonere et in ordinem cogere quis audeat? Noſtræ tempora Catones atque Epamino-



minondas non ferunt. Et tamen illi ipsi sunt, quorum ad exemplum totus vitiose componitur venatorius orbis. Incredibile dictu est, quanto venandi studio teneantur. Quorum quidem vitae curricula si essent memoriae prodenda, his sane paucissimis absoluuerentur praecclare factis: VENABATUR, MORIEBATUR. (\*) Qui quidem non contenti simplici morte ferarum, vt maiorem oculis capiant fructum ex cruciatibus, desperatione ac morte crudeli ferarum, satis ingeniosi sunt in excogitandis nouis plane nec vnquam auditis et visis venationum generibus, voluptatis suae administris, quibus operarum intolerandarum necessitas simul imponitur misericordis. (\*\*). Ac cadauera bestiarum angore confectarum macilenta, foetida ac putrida interdum, venduntur misero fello tuguriolorum habitatori, coacta quidem emtione. Quot autem horum infelicium hominum occiduntur improuisa morte, sollemnioribus venationibus a regibus principibus uestitutis? Quot inde viduae? quod impuberis orbi atque ad mendicitatem redacti? Etenim causus eiusmodi, quoad eius fieri potest, principi occultare solent. Possent litterae publicae, si, quae contingunt

omnia



omnia in vulgis scribere fas esset, indices caesorum hominum exhibere ex celebrioribus venatibus haud secus ac ex praeliis. Non raro etiam ipsae regiae manus fidelissimo subditorum lethale vulnus inflixere (\*\*). Sed filum abrumpamus, ne rei inuidiosissimae nimium immoremur. Tu autem, lector beneuole! si omnium, quae dicta sunt, documenta tibi non exhibuerimus, si que de rebus narratis iudicauerimus nihil, facundo silentio veniam dabis. Odiosa esse exempla ipse satis nosti. Neque museum nostrum, regum tribunal competens est, ubi sententias audire illos oporteat. Quae autem inde sequi soleant, tibi non dissimulabimus. Migrare solent ruricolae in mansuetioris imperii terras. Audiuntur miserabiles voces

*Nos patriae fines, et dulcia linquimus arua.*

*Nos patriam fugimus — —*

Prostant exempla, in furorem actos subditos ad arma respxisse iugique impatientes, de eo excutiendo cogitasse. Ipsi illi a ruricolis excitato gestoque bello, cuius memoriam, funestissimam quidem, vici desolati et deserti nobis adhuc conferuant, ansam dederunt inter alia nimiae ope-

G

rarium

rarum venaticarum exaggerationes (\*\*\*) . Cum igitur principes nostri aeui politioris (res nobis extra dubitationis aleam posita videtur) artis imperii notitia longe superent Romanorum Tiberios ; quid est ? quod , si mala consilia , forsitan eos ad opprimendos agricolas , homines misellos , inuitant , illorum ad instar non rescribunt : *boni pastoris esse tondere pecus , non deglubere.* (†)

(\*) Habet veteranorum in eorum nescia quis , quorum mentionem feci in §pho XVII epitaphium , quod hoc pertinet.

— Sein unterthane Leut

Waren seifer wenig erfreut.

Er böret nicht ihr Noth und Klagen,

Wartet sein Weidewerck und Jagen,

Fieng Cuninchens , Hasen und Reb

Und sonß viel ander Wildbräck meh;

Als wär er um ein grosßes Geld

Für einen Jägermeister bestellt,

Oder mit Nebucadnezar

Verdammst zu der Bestien Schaar

Und nicht gesetzt zum Landesherrn

Sein Leut zu regiern mit Ehrn.

(\*\*) Documentum dabimus ad calcem libri e litteris , ad nos datis , a viro aliquo primario , patrono nostro , cuius nomen reueremur , qui talium rerum testis ipse fuit omni exceptione major .

(\*) Non

(\*\*\*) Non rusticci tantum homines , verum etiam viri , in magna dignitate constituti , eiusmodi pericula adeunt . Quem praeterit ? sextum Carolum , imperatorem , supremum stabuli praefectum , Schwarzenbergensem principem , fatali globulo trajecisse .

(\*\*\*\*) SPALATINUS von alten und neuen Fronen an einen Freund gesetzt . in CYPRIANI nützlichen urkunden zur Reformationsgeschichte Tom. II. p. 350 .

(†) Suetonius Vita Tiberii. C. 32.

### §. XXIII.

Exponenda nunc restant rusticorum vitia . Ac si sunt de dominorum saeuitia graues querelae , pares certe aut longe maiores sunt accusationes de rusticorum hominum pecculantia atque contumacia , ita , vt anceps ac dubius haereret , qui , ex criminationibus , inuicem prolati , causam cognoscere litemque cuperet dirimere . Ut quondam servi , ait KLOCK. , ita hodie rusticci fere sunt versuti : et ultimi prioribus peiores . Et generaliter sunt astuti , sagaces et arrogantes , vt malitia supra malitiam rusticorum non sit . (\*) Callidores sunt , teste KNICHEN , (\*\*) oppidanis , mox etiam daturi progeniem fallaciorem . Evidem desperauit paene de re rusticorum , cum legerem ,

summi imperii tribunalis assessorem, L V D O L F V M puto; sp̄itum illum tumultuosum, cui compescendo, superioribus saeculis armis opus erat, adhuc sub cineribus latentem animaduertere sibi videri. (\*\*). Ac tandem, si, more maiorum nostrorum, ex paroemiis lites essent decidenda, nec tales deessent contra villicos. (\*\*\*) Quid dicam, quae-  
ris, ad tanta contra plebeculam meam testimonia: Equidem iustae sint querelae, nec ne, de eo nihil pronuntio. Sed quae vitio illis verti possint, exceptis iis, quae de ve-  
naticis operis peccent, ad me nunc non attinent. Ex legi-  
bus ergo de re venatica latis, itemque ex litibus, contra seruientes peroratis, in eiusmodi caussis, sententiam dicam.

(\*) de *Contribut.* C. 2. n. 58.

(\*\*) de *vestiturum passionibus* P. 2. C. 3. n. 65;

• (\*\*\*) de *iure camerali commentatio systematica* p. 153.

(\*\*\*\*) Quem praeterit illud

*Vnguenem pungit, pangentem ruficus ungit  
atque huius furfuris proverbia alia?*

### §. XXIII.

Frequentes autem non sunt venaticae leges, subditis seruientibus modum praescribentes, rariores etiam lites a

domi-

dominis contra colonos, operarum caussa, instituta. Gau-  
dient enim plerique dominorum cogendi potestate. Verbe-  
rant ergo misellos homines, puniunt, agro eiicunt, pigno-  
ra capiunt, atque adeo contumaces ad bona vendenda adi-  
gunt; ducti fortasse hac opinione, plus ea valere apud il-  
los miseros, quam alibi bonas leges. Ac, his rebus ita  
constitutis, fieri potuit, ut, et litium ambagibus et legum  
praeceptis, domini supersederent. Testatur tamen L V-  
D O L F V S (\*) frequentiam mandatorum, in iudicio came-  
rali contra subditos, operas detrectantes, decretorum  
Hohenzolleranus princeps et vulpes effodere et hiberno  
tempore, cum niue ac glacie tectum est terrae gre-  
mum, pabulum feris aduehore nolle villicos, qui, se  
venaticas operas debere, non negent, in eodem iudicio  
conqueritur. (\*\*) Fuisse etiam, qui, ad portandas litteras  
obligati, capsas perferre detrectarent, auctor est E S-  
T O R. (\*\*). Ac omnibus fere, quod prae nobis ferendum  
est, hoc vitium est agrestibus homunculis, ut quasuis ope-  
ras, quarum usus frequens non est, habeant pro alienis,  
licet ad genus, quod debent, pertineant omnino. Fa-  
uent illorum contumaciae (quod iisdem quodammodo ex-  
cusationi est,) vitilitigatores, qui, simulac eiusmodi per-  
tinacem aliquem inuestigauere, quaestum inhiantes, eum



circumvolant, eumque instigando aere emunqunt defensendoque deglubunt. (\*\*\*) Nos tantum absurus ab illis, vt potius te, rusticum hominem, qui operas venaticas sine dubio debes, ad indeterminatas huius generis operas condemnemus, nisi determinationes, quas allegas, probare possis.

(\*) de iure Camerali commentatio systematica p. 134.

(\*\*) MOSSER Reichs Fama P. 5. p. 75.

(\*\*\*) de praesumptione contra rusticos in causis operarum. §. I.

(\*\*\*) En laudem! scilicet meorum hominum apud KNICHEN de vestiturarum passionibus P. 24 C. 3. n. 65; seqq.

### §. XXV.

Huic non secundum est rusticorum vitium, vt inhabiles ad operas venaticas mittant procuratores, habilioribus aut otio domi incumbentibus, aut propriis laboribus vacantibus. Opus igitur fuit legibus, quibus ei rei cauenterunt. (\*) Prohibendum imprimis fuit, ne rusticorum hominum mulierculae ad seruitia mitterentur. Postquam enim Diana, verens, ne bestiarum cornutarum numerus nimium quantum augeretur, Actaeonas in ceroos mutare desit, tantum in modum crevit venatorum lasciuia, vt his nymphis rusticis venatione plane interdicendum es-

fet.



set. (\*\*) Pueri etiam et minores sedecim annis alicubi locorum simpliciter excluduntur per leges. (\*\*\*) In quibusdam vero regionibus tantummodo ad venationes, quae vocantur superiores, atque ad luporum persecutioes minores duo de viginti et maiores sexaginta annis non admittuntur. (\*\*\*)

(\*) ORDIN. FOREST. WITGENSTEIN. §. 104. ORDIN. VENAT. AVSTR. Art. 31.

(\*\*) Hessen Cassel. Jagdienstordn. art. 4. Würtenberg. General Rescript. d. d. 21. Mart. 1664. Stollberg. Wernigerod. Patent d. d. 7. Mart. 1735.

(\*\*\*) MANDAT. BAVAR. d. d. 24. Oct. 1683.

(\*\*\*) ORDIN. FOREST. NASSOV. SARAEPOONT. VSING. §. 28. Wolfstagmandat im Herzogth. Magdeburg. de ao. 1680. ap. FRITSCH C. I. V. F. P. 3 p. 522. ORDIN. VENAT. NASSOIC. VILNAEBURG. §. 57.

### §. XXVI.

Cetera, in quibus taxantur homunciones nostri, sunt ea, quae solent ab omnibus seruentibus comitti negligenteriae vitia ac peruersae operarum praestationes. Quae quidem paucissimis comprehendemus. Haud difficile est in-



intellectu, qua ratione factum sit, vt ii, qui circa rem venatoriam operas praestare debent, lege quadam impediantur, quo minus se aliis dominis eodem tempore ad seruitia obstringant, vt vocati appareant nec nimis sero veniant, simulac venerunt, locum definitum occupent nec temere relinquant, neque adeo, post arbusta latentes, officia deserant, quaevis ludicra et verba contumeliosa omittant. Eiusdem furfuris sunt quae in eadem lege continentur, vt officia sibi demandata fideliter obeant, ferarum fugam caueant, vt ne arbores caedant neque instrumenta venatica furto subducant, feras occisas iusto tempore transfrant neque clanculum aufugiant, nisi omnia ad finem sint perducta aut alii in ipsorum locum successerint. (\*) Fieri non potuit, quin eiusmodi immorigeros fuste admonendi venia sit venatoribus data. (\*\*) Ac aequissimae profecto sunt poenae pecuniariae, carceris et corporis afflitionae eiusmodi legum transgressoribus destinatae (\*\*\*)

(\*) Vix vlla erit venaticarum operarum ergo data lex, quae haec omnia non prohibeat praecipiatue. Dabimus quot ad manus sunt.  
**F R I D E R . G V I L I E L .** ducis SAX. ord. Venat. in praefectur. Altenb. et Ronneb. de ao. 1653. art. 16-26. **O R D . V E N A T .** SAX. COBURG. de ao. 1653. Tit. von Strafen. ap. F R I T S C H



C. I. V. F. P. 3. p. 469. seqq. **O R D . F O R E S T . H A S S O - B A R M S T A D .** §. 96. et 102. **O R D . F O R E S T M O G U N T .** C. 16. §. 2. 3. 6. 7. 9. et 11. ciusque addit. die Busordnung art. 43. **O R D . V E N A T . A U S T R .** art. 31. 38. **H a n n o b . A u s c h r e i b e n** d. d. 26. Mart. 1677. **O R D . V E N A T . N A S S . S A R A E - P O N T . V S I N G** §. 28. 29.

(\*\*) Modicam eiusmodi coercitionem permittit expresse **O R D . F O R E S T . W I T G E N S T E I N .** §. 103.

(\*\*\*) Solent ideo peccatores eiusmodi rustici indici cuidam (*in die Jagd frevelliche*) inscribi ne poenam promeritam effugiant.

### §. XXVII.

Ac ponderatis iam regulis vtrinque datis, fatendum est, tantam fere esse rusticorum contumaciam, quanta dominorum saevitia. Tantum etiam opus, vt illa legibus coerceatur, quantum, vt haec temporetur, necesse est. Si autem lenitate dominorum severitas condiretur, magnam refractariae seruientium inobedientiae partem sponte sua cessaturam esse, crederemus. „*Cuius conditioni*, scribit auctor quidam nostrae aetatis ingeniosissimus (\*), „*ho- mo assuescit, seruituti adeo, modo dominus seruientis ipsa seruitute non sit durior.* „*Permagna erat Atheniensium aequitas erga seruos, neque eos, quibus Lacedaemoniensis respublica a seruis concussa est, tumultus apud illos obsernamus. Neque quietem prisorum Romanorum turbarunt serui, dum adhuc simplices, clementes atque suorum mancipiorum socii laborum essent Quirites.* Ea simili-

plicitas morum confirmanda seruorum fidei sufficiebat, legibus non erat opus. Postquam autem luxuriosa Romanorum progenies seruis, luxus et arrogantiae suae instrumentis, vbi, humanitatem exuere ceperunt, tunc seruilia illa bella, Punicis atrociora, oriebantur, ac tunc temporis leges contra mancipia crudeles ferendae erant, ut domini etiam crudeliores, quam fuerant, redderentur securi quippe. (\*\*)

(\*) MONTESQUIEU *esprit des loix* T. 2. L. 15. art. 14.

(\*\*) Conf. totus tit. π de SCto Sillano.

### S. XXVIII.

Sunt multa Thuringiae nostrae oppidula, quorum ciues operas adhuc praestant seruiles. Huius rei recordantem sciendi cupido incessit, vtrum venantibus quoque seruant municipes? Scriptores igitur huius argumenti erant inspicendi. Responderunt autem mihi RICCIVS (\*) una cum TAREW (\*\*), adhuc sub iudice litem hanc esse. Certiore me reddit LYNKEVS (\*\*\*) ciues, responsum ferens, aequiparari hac in re nobilibus ac parrem vtriusque ab operis venaticis esse immunitatem. Vnde vero haec priuilegia nobilium acceperint burgenses, dubium est. Certe olim gauisi non sunt iisdem. Hoc enim si tibi placeret; immunitates, occurrem, ab eiusmodi operis quibuscum ciuitatibus concessas aut confirmatas fuisse, quod illo posito, superuacaneum fuisse.

Bi-

Binas eiusmodi confirmationes exempli loco dabo, quarum prior a serenissimis Margraujiis Brandenburgo-Culmbacensibus Curiae Variscorum, antiquae vrbi, data est, priuilegii loco, huius tenoris. *Vnd demnach auch die Stadt Hof und einwohnende Burgherschaft allda bisher aller Frondienste, sonderlich auf den Jagden und nach Hasen zu gehen und was denselben mehr anhaengig, befreyet gewesen, als sollen sie bey solcher Immunitat und Freyheit nochmals gelassen und derselben zumieder zu keiner Zeit etwas an sie begeret werden.* Posteriorem priori similem, dederunt Margrauii Christianus Ernestus et Georgius Wilhelmijs Bonsideliae ciuitati hac formula die Stadt Wunsiedel, und deren Bürger sind bis dato und über Menschen-Gedenken aller Frondienste sonderlich auf die Jagd zu gehen und was denselben anhaenget, befreyet gewesen: dabey sie auch nochmalen gelassen und darwieder nicht beschweret werden sollen. Neque in illa, a seculo yndecimo facta, ciuitatum manumissione, ab operis nostris omnibus plena libertas contigit municipiis. Ex multis vicinarum regionum oppidis, Remdam nominare licet, oppidulum, yniuersitati Ienensi, dotis loco, a serenissimis et gratiosissimis huius Salanae nutriciis clementissime attributum; de eius enim operis venaticis et quotidiana experientia et tabulae rationum satis testantur. Sulzensis, in territorio nostro Vinariensi siti oppidi, ciues, loco operarum, censum aliquem adhuc soluere, ab amico quo- dain H 2

do  
dam, huius rei teste, accepi. Latius persequeretur hoc argumentum, nisi omnis laboris exanthlandi gloria iam iam occupata esset a perillustri A. L. C. S C H M I D in diff. inaug. de operis burgensem. 1748 sub praesidio beati b videri habita (\*\*).

(\*\*) Von der Jagdgerichtigkeit C. 1. §. 33.

(\*\*\*) Von den Regalien L. 2. C. 5. §. 11.

(\*\*\*\*) Extant quoque in §. XXVIII. all. diff. extractus priuilegiorum, quos deditus in hac spho.

### S. XXVIII.

Admodum molestae sunt operaे venaticae quid? quod, omnium operarum onerosissimae, nisi ego fallor. Longe tamen molestiores tunc fiant necesse est, quando aliquos, quos vnum tugurium capit, ab illis eximi, reliqui animaduertunt (\*). Vellem itaque, vt, quae omnibus rusticis fata imposuere seruitutes, omnium societate aequarentur. Verum enim vero iustas tamen non possum non praedicare exemptiones tam singulorum, quam totius subditorum generis, si alia ratione de republica bene meruerunt. Non igitur reprehendi poterit mos, quo praetores pagani, scabini iudicij prouincialis, et, qui ordine hos sequuntur, pastores atque custodes pagorum, nec non omnes, qui ad ecclesiae ministerium pertinent, vespillones obstetricum mariti, atque inducatu Wurtenbergensi viatores doliorum, quantum qui-

quidem ad ipsos attinet, ab operis venaticis eximuntur (\*\*). Alios vt silentio praeteremus, qui principibus eodem beneficio immunitatis digni visi sunt (\*\*\*)�

(\*) Facile esse solet onus, omnibus atque singulis aequaliter impositum. Intolerabile contra videtur iugum, quod nonnullorum seruices, exceptis ceterarum rerum locis et aequalibus, tantum premit. Non onus est, sed inaequalis eiusdem impositio, quam dolent oppressi, quoniam inuidiam excitat alterius res magis secunda, et quilibet personae respectus, iniustus videtur, de REAL Staatskunst T. 4. C. 2. §. 15.

(\*\*) ORD. VENAT. MOGVNT. C. 16. §. 6. ubi immunitas dictarum personarum etiam ad luporum persecutions extensa est. HessenCassel. Jagdienfordin. att. 7. Wurtenb. Gen. Refr. c. 1.

(\*\*\*) v. gr. Nitrarii et publicani HessenCassel. Verordnung de 20. 1751. milites conquistati EDICT. LVNEBVRG. d. d. 17 Febr. 1717. ad metalli fodinas et officinas ferrarias missi RESOLVT. SAX. ELECT. d. d. 7 Ian. 1709 in Cod. Aug. T. 2 p. 395. seq. Senes, decrepitati atque mali homines (§. XVIII.)

### S. XXX.

Satis foecunda est aetas nostra in producendis novis jurium regalium generibus. Summum illud imperium, maiestatem quod vocamus, in inumeras separe partes, sectas augere atque extendere politicos nostros homines delestat (\*). Quas si composueris, monstrum existit corpus, pedibus, oculis manibusque abundans.

Tribuerunt etiam eidem imperio illi ipsi operarum nostrarum exigendarum facultatem liberimam, adeoque maiestatis aemulae, superioritati territoriali, facultatem hancce largiti sunt. Quam quidem si in usus conuertunt suos principes non pauci, mirum videri non debet. Episcopus Bambergensis eos tantum ab operis venaticis vult liberos esse, qui intra sex hebdomadum spatum justum exemptionis sive libertatis titulum proferre possint (\*\*). In ordinatione venatica Styrensi, secundum superioritatem territorialem, expressis verbis subditis imponuntur operaे istae (\*\*). Ac mathematice sibi concludere videtur iuriū Verthemensium defensor (\*\*\*) a subiectione certarum regionis partium, ad albergariae aliarumque Verthemensibus dominis præstandarum operarum necessitatem. Ut taceamus illos principes, qui sententiam eandem factis magis, quam verbis declarant.

(\*) Les charlatans du Japon dépeçent, dit on, un enfant aux yeux des spectateurs puis jettant en l'air tous ses membres l'un après l'autre, ils font retomber l'enfant vivant et tous rassemblé. Tels sont à peu près les tours de gobelets de nos politiques : ROUSSEAU Contrat social. Liv. 2. Chap. 2.

(\*\*) Beschwerungs-Schreiben des Herrn Bischoffen zu Bamberg und Würzburg, gegen den Herrn CammerRichter, Grafen von Ingelheim an das Reichs Cammer Gericht zu Wetzlar abgelassen d. d. Bamberg den 21 Martii 1741. in ANTONIE FABRI Staats Canzley Th. 82. C. 8. Num. I. p. 329.

(\*\*\*)

(\*\*) Kaiserl. neuherfaßte Jagdordnung in Steyer §. 4. quam legem allegat ICKSTATT opusc. 9. C. 2. §. 84.

(\*\*\*) AVCTOR des Wertheimb. Gegenberichts contra Würzburg. P. I. C. 16.

### §. XXXI.

Ac eius quidem maiestatici iuris propugnatores ac defensores viri sunt jurisconsulti numero ac nomine spe-  
ciales. BERGEROS, BECKIOS, ICKSTATTIOS ac IAR-  
IOVIOS praecipue nominasse sufficiat. Nec pepererunt  
oleo atque operaे, vt, in amplificanda maiestate, gloriam  
sibi quærerent ( si quam merentur ii, qui, jure ac liber-  
tate populum exuentes, reges ornant ). Ea quae nobis  
dederunt argumenta recenseamus.

CHRISTOP. HENRIC DE BERGER diff. de jure ordinum impe-  
rii territoriali circa operas subditorum §. 31.

IO. IODOC. BECK Tr. de jurisdictione foreali C. 17. §. 1.  
ICKSTATT Tom. 1. Opusc. 9. §. 83 et 84.

IARGOW von den Regalien L. 2. C. 5. §. II.

FROMMAN diff. de subditorum et maxime rusticorum operis. Tim-  
bingae 1671. §. 12 et 40.

STISSER Forst und Jagdhistorie §. 40.

### §. XXXII.

§. XXXII.

*Primum* quidem omnes, quae operae assiduos et non interruptos labores haud desiderant, illas ex superioritate territoriali (\*) imponi posse, sibi persuadent, quidni ergo etiam venaticas. *Deinde* ex jure regali venandi operarum exigendarum facultatem gigni, ac fieri non posse, ut filia, matris conditione, sit inferior, (\*\*) contendunt. *Tertio* territoriales domini in juris operarum venaticarum quasi possessione vetusta, illis constituti videntur ideo, quod querelae subditorum contra has operas sint pariter antiquae, ac leges, quae contumacibus seueras minitentur poenas ipsasque operas injungant. *Quarto* foedissimum praedicant ingrati animi vitium eorum, qui principi, lassatos animi vires venando refecturo, operam recusarent. *Tandem* venationes non voluptatis causa solum fieri, sed etiam, ut nocuae bestiae extirpentur, monent.

(\*) Ciuitas Hamburgensis superioritatem suam inter cetera et eo argumento contra duces Holsatiae probare voluit, quod ducibus a ciuitate nulla seruitia et operae fuerint praefitae. ROMANUS c. 1.

(\*\*) Partus enim sequitur sentrem.

§. XXXIII.

Horum argumentorum examinandorum et dijudicandorum veniam postimus. Tantum absimus ab illo diminuendorum supremae potestatis sanctissimorum jurium de-

detestanto criminе, vt potius quasuis operas, quae a subditis reipublicae reddi possunt, quotiescumque summus illius arbiter eas exposcit, praestandas esse, inuiolabile nobis sit principium. Principem autem non agnoscimus, si quis ciuibus onera imponat, quae communi societati ciuili haud prosint. Omnis enim onerum imponendorum ratio ad reipublicae necessitatem et utilitatem referri debet, nec verus patriae pater quisquam sibi persuaserit, potestatem quidlibet audendi cum sceptro sibi in manus esse datam. Secundus Philippus, Hispaniae rex, cui nil magis, quam absolutum imperium, arridebat, quendam, pro rostris sacrī affirmantem, quidlibet licere imperanti in vitam et bona subditorum, ad reuocandam vocem importunam, coegisse fertur. Nobilior adhuc indoles, ac plane regalis immortalitati vindicabit notnen Catharinae II. imperatricis Russorum. Haec legislatoria potestate fungens scribit, „Folglich müssen wir auch vermeiden Leute zu Leibeigenen zu machen; es sey denn, daß die äußerste Nothwendigkeit dazu zwänge; und auch alsdenn nicht um eigenen Nutzens willen, sondern zum Besten des Reichs; dergleichen Fälle vielleicht sehr selten vorkommen möchten (\*). Hac fidei quasi confessione facta, quid de operarum regali jure sentiamus, in vulgus scribere audemus. Separamus autem eas operas, quae ad tutelam, gubernationem vel salutem vergunt reipublicae, a reliquis operis, quae alium finem habent. Quae

illuc referuntur, v. gr. operaे in munimentis exhibendac, reparaciones aggerum, machinarum bellicarum transportationes, illas liberrimae imperantis voluntati atque arbitrio relinquimus. Ea enim jura, quae ad securitatem, commoditatem ac utilitatem ciuilis societatis faciunt, maiestatis, regnorum fulcrum, salutisque tutelae propria sunt (\*\*). Huic vero trutinae imponimus operas rusticas, in specie sic dictas, quae fiunt in aratione, in messe etc. His quippe ad rem oeconomiam magis, ac immediatam reipublicae salutem aut tutelam spectantibus, locum inter regalia jura denegamus (\*\*). Ac eidem operarum generi venaticae ordinarie sunt annumerande, nisi omnia nos fiant.

(\*) INSTRUCTION für die zu Verfertigung des Entwurfs zu einem neuen Gesetzbuch verordnete Commission §: 253.

(\*\*) Excell. SCHEIDEMANTEL Staatsrecht nach der Vernunft und den Sitten der vornehmsten Völker betrachtet Sect. 2. Cap. 4. §. 93.

Add. GROLLMANN diff. de operarum debitarum mutatione Cap. 3. per tot.

(\*\*) Quasdam operarum species, quae praefectis siue Vogtis, scilicet, vice dominis aliisque regiis vel dominorum hereditariorum officialibus, olim exhibitae sunt et proprio nomine Pflegedienst, Vogtdienst, venerunt, ex juris dicundi potestate fluxisse, monet. Per illi. SCHMIDALL. diff. de operis burg. §. 9.

### §. XXXIII.

### §. XXXIII.

In secundo aduersariorum nostrorum argumento, et matri et filiae putatiae quaestio status moueri posse videtur. Obiiciunt illi quidem, sumtibus indigere imperantem ad onera reipublicae sustinenda, qui commodius, ac ex venationis redditibus, percipi non possent, primariamque desidiae occasionem, praebere subditis venationis exercitium. Hae sunt rationes, quasi fulcra, quibus ius venandi, in thronum maiestatis sublatum, iis, quae imperanti competunt, iuribus, associare cupiunt. Verum enim vero sufficientne ad eos jure venandi priuandos, qui illud quasi iamiam possident, in quorum fundis sunt ferae, accessorii ad instar, quorumque fructibus aluntur eadem? ac, quam pusillum foret nostrum patrimonium? si principes, omnia, sub praetextu onerum ciuitatis sustinendorum nobis eriperent; quae, cum per se sint innocua, tamen ad desidiam et luxuriam possint esse inuitamenta. Hoc equidem contra dicemus, nisi usus et leges potiorum Germaniae regionum iuri venandi locum inter regalia iamiam confirmassent, qui quidem ex notione supremae potestatis denegari posse videtur. (\*) An vero, quem illudare solent partum agnoscat ius venandi? id quidem dubitamus. Tot venatores alete solent ac possunt principes nostri, vt, in occidentis feris; subditorum operis plane carere posse videantur. Fæc autem ad fieri non posse, tunc tamen Leonina quasi haec foret societas, qua-

8 princeps, oneribus subditis relictis, lucrum ex venatu sibi sumere vollet. (\*\*)

(\*) Nee huius loci est vberior expositio notissimae illius controver-  
siae, an venationes ad jura regalia pertineant nec ne? Pruis enim no-  
mine fisci regit defendit iuris in deduct. Gründl. Bewahrung des  
Sr. Königl. Majest. von Gross Brittannien und Churfürstl. Durchl. zu  
Braunschweig - Lüneburg in dem Herzogthum Lüneburg zustehenden  
Jagdregale 1731. fol. LV DEWIG diff. I. R. et G. de venatu eius-  
que regali i. v. CRAMEK de regali venationis jure. Posteriorius vero  
statutum BILDERBECK in der gründl. Deduct. gegen die vermeintli-  
che Regalität der Jagden 1723. fol. et CIRUBEN Nebenfundus  
P. r. Tr. 2. et P. z. Tr. 1.

(\*\*) Illud s' quæ commoda rci habet, onera eiusdem ferre tenet, ra-  
tionis aequa ac aequitatis lex esse videtur.

§. XXXV. Ac esse quidem imperantes saepenumero in iniusti-  
tiae possessione longissima, querelasque subditorum, pro-  
tuenda iusta principis possessione, testes produci admodum  
suspectos; haec quidem ad tentium possimus argumentum  
responderē. Sed nolumus ea hoc vocare, si, vsu vel potius  
lege in hac vel illa regione, ius venaticarum operarum inter  
regalia iura relatum esse, possit probari; cui tamquam ipsi  
regali iuri, debitum homagium non recusamus. Nuda  
enim posita ac in se considerata est suprema potestas, cui  
operae venaticae ordinatio non adhaerent. Caue tamen,

ne

ne omnes, quas videas, imperanti exhiberi operas, supe-  
rioritati statim adscribas, memori quippe, communis cum  
priuatis iura esse etiam imperantibus.

### §. XXXVI.

Detestamur ingratum animum subditorum cum ad-  
uersariis, quarti argumenti auctoribus. Ut vero ex grati-  
animi officiis, praesertim iis, quae non nisi ad voluptatem  
principis adiuuandam tendant, regalia creentur iura, noli-  
mus. (\*) Nolumus etiam animi ingrati arguantur omnes  
illi, qui operas venaticas principi recusent. Multa enim,  
quae ex sola humanitate vel reverentia praestabantur olim,  
et temporis lapsu et patronorum auctoritate, factae sunt obli-  
gationes maxime molestae. Potest igitur haec cogitatio  
non reprehendenda, hic metus non iniustus, ne necessitati  
subiificantur deinceps, quae ab initio voluntatis erant, a  
grati animi lege obeunda, nimis quippe severa, detinere  
eum, qui alioquin gratus esse perquam velit. Res est, in  
casu proposito, cum regibus, quibus constat esse longas  
manus.

(\*) Zum Besten der Unterthanen nicht zur Last eines einzigen Menschen  
hat Gott dem Erdkreise Oberherrn gegeben y. R E A L alle h. C. 24

### §. XXXVII.

13

## §. XXXVII.

In eo tandem casu, quem allegant nostri in *ultima* sua ratione, iura summi imperii eorumque applicationem agnoscimus; quamquam ut ne regalium iurium numerus exinde augeatur optemus. (Cui bono enim ampli illi catalogi radiorum quasi maiestatis?) (\*) Tunc enim, in tuerda reipublicae securitate, summi imperii vestigium comprehendere licet, quando ad leonum, luporum aliarumque immanium bestiarum persecutionem, subditi conuocantur. Ac quilibet legum venaticarum studiosus pariter ac ille rerum, quae sunt, attentus spectator, hoc venationis genus a reliquis multum differre, ex sua etiam colligit experientia. Solent enim, (quod olim propter luporum copiam frequens erat exemplum) simulac crudelis eiusmodi bestia visa est, omnes, cuiuscunque sunt generis aut conditionis subditi per campanae sonum ad expeditionem vocari. (\*\*) Superioritatis sane, quae omnibus, aequa distributione, subditis sua onera imponere solet, manifestus index, qui, in reliquis seruitiis venaticis a solis rusticis ordinarie praefandis, frustra quaeritur. Deinde indeterminatae sunt illae seruitutes, nec, si ab illis, quae, ex necessitate reipublicae, ab imperante prescribuntur, discesseris, modum vel numerum habent; (\*\*\*) cum hae per pacta aut mores saepissime sint limitatae. Tandem immunitates ab operis venaticis, quando lupi sunt persequendi, frusta allegari, leges quaedam

ve-

venaticae expresse loquuntur, \*\*\*) quod itidem supremam potestatem, secundum nostram quidem sententiam, prodere satis videtur.

(\*) Cette erreur vient de ne pas faire des notions exactes de l'autorité souveraine et d'avoir pris pour des parties de cette autorité, ce qui n'en étoit que des émanations. ROUSSEAU Contract social Liv. 2. Ch. 2. p. 34.

(\*\*) ORDIN. VENAT. AVSTR. art. 39. Mandat em Herzogthum Magdeburg wegen der Wolfssagd d. d. 21. Nov. 1656. RESOL. BRVNSVIC. LVNEBVRG. d. d. 23 Jun. 1682, et d. d. 20 Jul. 1695 ap. RICCIUM c. I. C. I. §. 38. S. Gotha Verordn. wegen der Raubtiere und Wölfe d. 21 Nov. 1656, §. 3. seqq. add: GOEBEL. P. I. §. II. not. (a) p. 87.

(\*\*\*) Qui operas manuarias tantum praefant, cum iumentis, luporum persecutones adiuvare, coguntur. Preußisch Reglement wegen des dienstwesens in der Grafschaft Tecklenburg, d. d. 7 Sept. 1752, it. in der Grafsch. Lingen d. d. 15 April 1756: art. 8. Ordinances des forêts du Comté de Montbeliard. Tit. de la chasse du loup. ap. FRITSCH C. I. V. F. P. 3. p. m. 215, ibi: en cette chasse il n'y a aucun terme ni certitude.

(\*\*\*\*) iii not. præc. all. LL. Boruss. ORD. VENAT. MOGVNT. C. 16. §. 6. EDICT. BRVNSVIC. LVNEBVRG. d. 23. JUN. 1682. d. 13 Aug. 1687. d. 17 Febr. 1717.

## §. XXXVIII.

Haec itaque doctrinae nostræ summa est, ut ordinariæ nihil, re vera ac dominorum potestate, differre operas venaticas a reliquis rusticorum operis, statuimus; legè tamen, vix, aut magno illo rerum irregularium patrocinio, necessitate nimirum occidendarum noctivarii bestiarum, easdem ope-



ras supremiae potestati vindicari posse , largientes. Cui sententiae ut major concilietur auctoritas , ad consensum illustris collegii iurisconsultorum Ienensium , secundum responsi locum , in fine libelli datum , (\*) prouocamus.

(\*) INDVCT. II.

### S. XXXVIII.


Habes hic , candide lector , meam aliorumque iurisperitorum de operis venaticis sententiam. Parum aberit , quin , cum tanto studio rem meam me agentem videris , ad credendum inducare , me , tanta ruricolarum cura , Panos quasi alicuius honorem et cultum promereret velle. At satis habeo , si illa , quae dixi , eam modo vim habeant , vt , si quid quereharum alicubi sit , per principes Germaniae licet subditis ruricolis , misellis hominibus , qui aliis oneribus premuntur , caussam suam ad iudices deferre et ius obtinere ; quod adhuc illis saepe non licuit , quoniam persuasio quasi pestilenti quodam sidere adflauerat animos , esse haecce seruilia opera inter regalia habenda ; itaque dominos hic posse velle , nolle , vt ferret voluntas. Vtinam quoque , quotquot cum summo imperandi iure sunt principes , aut alii , qui aut ipsi venationem exercent , aut venationibus praesunt , inter venandum , humanitatis sint memores , cuius quippe ratio semper et vbique habenda , quoniam s̄ia homines hominum non in bestias est imperium , quas ipsas , siquidem mansueti sumus , sine causa et ex mera libidine non vexamus ; ne dum homines.



IN-

J N D V C T A.

K



I.

Hoc nouum est aucupium — — —

TERENTIVS.

*Man hat Arten von Jagden, die bey uns noch zur Zeit unbekant sind und von denen zu wünschen wäre, daß sie gänzlich unterbleiben mögten; denn sie sind kostbar und, in Ansehung der Frohnen, unerträglich.*

*Es wird dazu zuförderst ein Platz aufgesuchet, der eine theatralische Figur hat. Was etwa hieran noch fehlet, dasersetzt man mit einem von Holz und Brettern mit Farben angestrichenen Gebäude, welches so gar manchmal einen Pallaſt vorſtelleſt. Man macht hierum auch Arcaden, Schirme —, die mit fichtenen Reis bekleidet werden.*

*In dem Thal muß ein Fluß oder ein Teich ſeyn. Auf diesem Waffer werden Flöze und wieder auf diese Schirme gebauet.*

*An dem andern Ende des Waffers muß die Figur von einem Amphitheatre ſeyn, welchem die Kunſt gleichfalls zu ſtatten kommt.*

Die Jagden selbst werden des Nachts, unter Beleuchtung vieler 1000. Lampen und Fackeln, gehalten. Das Wildpret wird forciret, daß es durch Thore, Thüre, Fenster, Arcaden u. s. f. laufen und springen muß; Das hohe Wildpret wird in das Wasser gesprengt, damit es daselbst zum Schuß gebracht werde. Füchse werden nebst Frischlingen durch die Fenster, Taglöcher und Schlote getrieben, daß sie vom Dach herunter fallen oder springen müssen. Ja, man masquirt so gar dergleichen Thiere mehrmahlen mit Menschen Trachten.

An dem Ufer des Wassers sind kleine Mörser verborgen, die man zu weilen losbrennet. Zu gleicher Zeit öffnet man Gruben, porinn Rebhüner und Phasen verbor gen sind, die in die Höhe und zum Schuß dahin flattern, gleichsam, als wenn sie aus denen Mörsern heraus geschossen worden wären,

Es ist leicht zu erachten daß in der Nähe des Orts, wo dergleichen Abiagen gehalten werden, so viel und so mancherlei Wildpret nicht anzutreffen sey. Es gehören also vorgängige Anstalten dazu, und Zeit, von mehr Wochen. Das Wildpret muß vorher eingefangen, in Kästen gesperret, 3. 4. 5. 6. 8. 10., vielleicht noch mehr Meilen weit, bey gefahren und getragen werden,

Was

Was, bey allen diesen Anstalten, das Bauernvolk für unsäglich viele Frohnen und Strapazen haben müsse, ist leicht zu erachten.

Pertinent haec ad §. XXII. (\*\*).

II.

D. a. v. dieweil die Schuldigkeit JagdFrohnen und Dienste zu leisten, nicht vermutet wird, sondern erwiesen werden muß,

quia generatim operaे non praesumuntur, et quae debentur, tanquam odiosae, strictissime sunt interpretandæ.

WERNHER P. VIII. obl. 333. suppliæ.

dieser Beweis aber gegen die Gemeinde B \*\* nicht vorhanden ist, da eines theils selbige die JagdFrohnen niemahlen geleistet, andern theils keine Recesse oder Verträge, wodurch sie darzu verbunden worden, bekannt sind, und wann gleich in verschiedenen Provinzen Teutschlandes der Landesherrschaft das Recht, die Unterthanen zu JagdFrohnen anzuhalten zustehet, und sogar diese Frohnen von einigen Rechtslehrern aus der Landeshoheit hergeleitet werden wollen, dennoch dieser Satz in den gemeinen Rechten nicht begründet ist, sondern nur alsdann statt finden kan, wenn entweder die Landesherrschaft das Recht die JagdFrohnen

zu fordern hergebracht, oder von Verfolgung und Fähung  
schädlicher Thiere, als Löwen, Wölfe und dergleichen, die  
Rede ist.

Est locus responsi, quem induximus in §. penult.

---

### E r r a t a.

Pag. 14. pro restigens	l. restringens
— 16. — rescindum	— rescindendum
— 23. — GROLLMANO	— GROLMANNO
— 24. — ipfos	— ipfis

---

